allusivo a quella miracolosa Immagine della B. V., che si venera nella Chiesa de' Frati dell' Ordine de' Servi di Maria nella Città di Reggio di Lombardia. La quale Immagine rappresenta la gran Vergine genuflessa in atto di adorare il di lei Divin Pargoletto sedente sù d'una nuvolletta; dal nome della quale Immagine le dette Monache *di Santa Maria di Reggio* denominavansi. Dicono che nel 1630 essendo ricorsi li Reggiani alla protezione della B. V., e fattisi insieme ad onorare la detta Immagine fosse quella Città dal noto Contagio preservata, onde anche in Verona fu poi dipinta, e dentro, e fuori sopra le pareti di molte case, credo, a questo fine, acciò anche la Città nostra venga dalla peste preservata; ond'è, che nelle stanze di moltissime altre case, ed anche in diversi Monisterj si conserva in pittura la detta Santa Immagine. Ora sendo stata portata al Monistero di S. Giorgio insieme col titolo anche l'Immagine, che nella detta Chiesa, a somiglianza di quella di Reggio, era stata posta dalle Monache passate da questo al Monistero di S. Giorgio, fu cangiato il moto,

to, che sopra la facciata della ceduta Chiesa era scritto, ponendovi in vece quest' altro.

REDEMPTORI.

Ma le suddette novelle Religiose i soliti tre solenni voti di professare desiderando nella guisa delle altre Monache, e di sottoporsi alla perpetua Clausura nuovo ricorso fecero alla Santa Sede li *6* Settembre *1686*, e con Decreto della Santa Congregazione di Roma 20 Giugno *1687* ne furono esaudite.

ILLUSTRISS., ET REVERENDISS. SIG., E PADRE.

Ritrovandoci Noi Consorelle della Congregatione delle Vergini del Redentore già sei mesi senza Costitutioni con grandissimo nostro pregiuditio, et desiderando d'osservare la Regola del Padre nostro S. Agostino con la maggior perfettione possibile, supplichiamo humilmente Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima farci gratia mandare quelle costitutioni, che s'è compiacciuta farci leggere dal Padre Abbate Tacchetti, quali con l'ajuto del Signore, promettiamo osservare, & per segno di ciò ci sottoscriviamo.

Humilissime Figliole, e Serve nel Signore.
Suor Leonora Tadei indegna Superiora.
Suor Lavinia Chinardi Vicaria Indegna.
Croce di Suor Giulia Rechia. †
Croce di Suor Zinevra. †
Croce di Suor Giacinta Galeazzi. †
Croce di Suor Paula Mazzoni. †
Croce di Suor Origha Sughi. †
Suor Volontaria Bernardi.
Suor Chiarastella Capella.
Suor Aquilina Tadei.
Suor Eugenia Voltolini.
Croce di Suor Rosana Rossi. †
Croce di Suor Rosa di Lodron. †
Suor Arcangela Semanardi.
Suor Teresa Morosini.
Suor Catarina Brognoliga.
Suor Libera Bagolini.
Suor Flavia Marchi.

Suor

Suor Gertrude Tacchetti.
Suor Felice Pandina.
Suor Regina Orteschi.
Suor Elesabetta Furiani.
Suor Silvia Turchi.
Suor Cecilia Allegri.
Suor Alessandra Bongiovanni.
Suor Beatrice Orteschi.
Suor Vittoria Ferrari.
Suor Maria Zanonella.
Suor Isabella Allegri Novizza.
Suor Eletta Montesi Novizza.

EMINENTISSIMI E REVERENDISSIMI SIG.

LE Vergini della devota Congregatione eretta l'anno 1671 nel Monastero del Redentore nella Città di Verona nel Dominio Veneto coll' autorità dell'Ordinario, dal cui zelo, e vigilanza è assistita, e governata, alle quali per stabilire il loro Monastero medemo non manca, che la solenne professione de Voti, e Clausura, havendo già dal loro principio scielta la Regola di S. Agostino, e Constitutioni approvate dallo stesso Ordinario per loro leggi coll' osservanza de' Voti semplici, e d'una puntualissima Vita Commune giusta la Sacra Regola suddetta, recitando il Divino Offitio, secondo il Rito Romano, ottennero con loro riverente supplica dalla Santa Sede l'anno 1674 l'abito Regolare de' Canonici Regolari Lateranensi, che di presente vestono. Che però fin ora esercitate con ogni studio negli esercitii, e Virtù di divota Religione supplicano di nuovo humili, e genuflesse dall' Eminenze Vostre la gratia di poter solennemente professare con obbligarsi ad una perpetua Clausura, sì per obedire alle Sacre Dispositioni del Concilio, e Pontificie Constitutioni, come pure per conseguire il merito, che seco portano attioni così generose di sacrificarsi pienamente al Signore &c. che &c.

Sacra Congregatio Eminentissim. S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis relationibus Episcopi Veronensis, referente Eminentiss. Sanctæ Susannæ, censuit comittendam; pro ut præsentis Decreti tenore benigne committit eidem Episcopo, ut veris existentibus narratis,

ratis, & postquam sibi constiterit fabricam prædicti Conservatorii cum Ecclesia, Campanili, Choro, Sacristia, Refectorio, Dormitorio, Hortis, & Spatiis numeris omnibus esse absolutam, & supellectili tam sacra, quam prophana sufficienter instructam, nec non eidem annum redditum pro sufficienti sustentatione hujusmodi Monialium vere, & cum effectu fuisse assignatum, ad petitam Clausuræ declarationem sub Regula Sancti Augustini & subjectione Ordinarii Veronensis pro tempore pro suo arbitrio, & conscientia procedat. Cum facultate eidem Ordinario præfigendi numerum Monialium, nec non præscribendi Dotem pro qualibet ipsarum intra prædictum numerum solvendam (aliæ vero ultra numerum ad habitum admittendæ Dotem duplicatam solvere teneantur) Moniales vero in præfato Conservatorio existentes, servatis servandis, ad professionem admittendi. Et in reliquis ea omnia, quæ per Sacros Canones, S. Concilium Tridentinum, Constitutiones Apostolicas, & Ordines prædicti circa hujusmodi novorum Monasteriorum Sanctimonialium erectiones præscripta sunt religiosæ serventur. Romæ 20. Junii 1687.

L. B.

(Card. Carpinen.

B. Panciaticus Secret.

Ma Sebastian Pisani secondo di questo nome Vescovo di Verona le furono, per provarle, e i voti e la Clausura differiti fino all' anno 1689; entrato il quale, e volendo finalmente consolarle il dì 6 Aprile in ordine al surriferito Decreto vi fece la solita visita.

Die Veneris Mane 6. Aprilis 1689. in Conservatorio Virginum Redemptoris.

Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Episcopus associatus a Reverendissimo Domino Canonico Anderlino suo Vicario Generali, & Monastico, meque Antonio Rotario Cancellario in ordine ad Decretum Sacræ Congregationis 20 Junii 1687 visitavit sa-

fabricam prædicti Conservatorii, & Ecclesiam, Campanile, Chorum, Sacristiam, Refectorium, Dormitorium, Horta, & Suppellectilia tam sacra quam profana, & viso annuo reddita pro substentatione eorundem Virginum, & consideratis cum toto processu considerandis statuit prius habere iterum constitutum singularem ad formam extensam in primo constituto diei 19 Februarii 1686 & ad hoc sedit in Ecclesia interiori, coram quo vocatæ singulæ, & moritæ de importantia Professionis, & Clausuræ, omnes in omnibus, & super omnia responderunt suppliciter, recte, & sunt infrascriptæ.

Soror Leonora Superiorissa.
Soror Lavinia Vicaria.
Soror Jacinta.
Soror Junipera quam Illustrissimus dispensat cum gratia defferendi Rocbetum non obstante quod sit Conversa.
Soror Auriga, quam Illustrissimus dispensat super lecturam ob defectum visus.
Soror Paula.
Soror Volontaria.
Soror Clarastella.
Soror Aquilina.
Soror Eugenia.
Soror Rosana, quam Illustrissimus dispensat cum gratia defferendi Rocbetum non obstante quod sit Conversa.
Soror Rosa Maria.
Soror Archangela de Sancto Joanne Evangelista annorum 25.
Soror Teresia.
Soror Cattarina.
Soror Libera.
Soror Flavia.
Soror Felix.
Soror Regina.
Soror Elisabeth.
Soror Cecilia.
Soror Alexandra.
Soror Beatrix.
Soror Victoria.
Soror Maria.
Soror Isabella de Sancto Francisco Xaverio Seculo Allegri.

Soror

Soror Electa de Sancto Bartholomeo annorum 18.
Soror Metilde de Sancto Antonio de Padua annorum 19.
Soror Maria Angela de Sancto Paulo annorum 17, quam Illustrissimus dispensavit, cum ipsa sit tertia Soror Ortesca, cum hoc quod non habeat votum in Capitulo usque ad mortem unius ex duabus suis Sororibus.
Soror Ancilla Maria de Sancta Anna Novitia annorum quindecim.
Conversa Soror Octavia de Sancto Laurentio annorum 20.

Quibus habitis Illustrissimus præfixit numerum Monialium ad triginta Corales. Præscripsit Dotem Ducatorum mille juxta suas Constitutiones generales pro Monialibus ultra mobilia, & alias pro qualibet ipsarum intra prædictum numerum solvendam, alias vero ultra numerum ad habitum admittendas Dotem dupplicatam solvere teneri declaravit, & admisit easdem ad professionem servatis &c. emittendam sub Regula Sancti Augustini, & particularibus nostris Constitutionibus ab ipsis alias acceptatis.

Quo facto rediit ad suum Palatium Episcopalem.

Antonius Rotarius Canc. Episc.

Indi la mattina del dì 8 Maggio susseguente le fece passare dal loro Monistero alla Chiesa Cattedrale, di dove accompagnate da molte Nobili Matrone Veronesi nella nuova loro Chiesa processionalmente si ritornarono. Quivi giunte, il Prelato Pontificalmente vestito benedì le vesti, le Croci e le Corone per le Monache; indi vestì Suor Lionora Taddei loro Superiora, decorandola col titolo di Badessa; entrò poscia nella Chiesa interiore, ed ivi amministrò ad alcune di esse il Sacramento della Confermazione: e il giorno dopo vi andò a pubblicare il Decreto della loro perpetua Clausura.

SEBASTIANUS PISANUS

Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia Episcopus Veronæ, & Comes &c. in præsenti Negotio Executor Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium.

D*Evenientes ad executionem Decreti Sacræ Congregationis Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & con-*

consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita sub dat. Romæ 20. Junii 1687. visi, & licentiati in Excellentissimo Collegio Inclitæ Civitatis Venetiarum supplicationem Virginum Redemptoris hujus Civitatis habitum Canonicorum Lateranensium, auctoritate ejusdem Sacræ Congregationis induentium, & cupientium solemnem professionem emittere, vitamque Communem sub perpetua Clausura ducere. Viso nostro Processu super inde formato, & auditis repplicatis assensibus, & consensibus earundem Virginum, constitoque nobis exposita in earum supplicatione vera esse, visitata, & revisa fabrica Monasterii cum Ecclesia, Campanili, Choro, Sacristia, Refectorio, Dormitorio, Hortis, & spaciis omnibus numeris absoluta, & suppellectili tam sacra quam propbana sufficienter instructa, auctoritate nobis in dicto Decreto tributa, & qua Ordinaria fungimur in hac parte pro nostro arbitrio, & conscientia dessignamus, statuimus, & in Dei nomine concludimus Clausuram dicti Monasterii undique circumsepti intra muros bene altos, tutos, & ab omni aspectu interno liberos, atque a prædictis, & pro tempore existentibus Monialibus in infinitum, & ab omnibus utriusque sexus personis strictæ, & sub pœnis, & censuris contra violantes Clausuram Monialium observari, & custodiri mandamus. Concedentes insuper Monialibus ipsis licentiam solemnem professionem servatis servandis emitendi sub Regula Sancti Augustini, & subjectione nostra, & successorum in Episcopatu, præfigentes numerum earundem ad triginta Chorales, & octo Conversas, ac præscribentes Dotem pro qualibet ipsarum infra dictum numerum Ducatorum mille juxta nostras Constitutiones; Pro illis vero ultra dictum numerum ad habitum admittendis duplicatam Dotem; Religiose servatis in reliquis iis omnibus quæ per sacros Canones, Sacrum Concilium Tridentinum, Constitutiones Apostolicas, & Regulam Sancti Augustini præscribuntur. In quorum fidem &c.

Dat. Veronæ ex Palatio nostro Episcopali 6. Maii 1689.

(Sebastianus Episcopus Veronensis &c. Executor.

Publicatum Die Lunæ de Mane 9. Maii 1689. ad Altare paratum ante Portam Ecclesiæ Redemptoris a Cornu Epistolæ, Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Episcopo in Faldistorio sedente Pontificalibus inducto per me Cancellarium Episcopalem alta voce post professione Abbatissæ.

Antonius Rotarius Cancellarius Episcopalis &c.

Al-

Alcune altre Notizie si possono leggere di queste Monache nel Primo libro dove si è parlato della Chiesa e del Monistero di S. Faustino, onde altro non restandoci di esse dire, scenderemo a dar contezza delle Pitture della loro Chiesa.

PITTURE.

LA pala dell'Altar maggiore rappresentante il Redentore colla Croce in atto di ascendere al Cielo è opera di Andrea Voltolino. Ma i due quadri laterali delle cose ultime del Dorignì.

Santo Agostino sopra l'Altare a sinistra fu dipinto dal Falzieri.

Dalla banda del Vangelo havvi un altro Altare con un Crocifisso di rilievo.

Nelli quattro Quadri posti nelle nicchie basse, cioè la Resurrezione di Lazzaro. Lo scacciamento dal Tempio de' Negoziatori: opera di Biagio Falzieri.

Negli altri due uno è il Paralitico calato del tetto: opera di Francesco Barbieri; l'altro il trionfo delle Palme; opera di Gio: Ceffis.

In altre Nicchie sopra alle dette, la Natività del Signore: opera di Antonio Zanchi.

Rimpetto l'Adorazione de' Magi: di Andrea Voltolini. L'altro è una copia tratta dal Turchi detto l'Orbetto.

In un altro in faccia a questo la Maddalena al Sepolcro del Salvatore risuscitato: opera del Bajetta.

Sotto la Cantoria in alcuni partimenti diverse Virtù in Geroglifico: sono opere del Falzieri.

NOTIZIE DELLA CAPPELLA

DELLA BEATA VERGINE

NEL CAMPO MARZIO.

ESsendo piacciuto a Dio che una Immagine della Beata Vergine dipinta su d'un muro di ragione di Pompeo Donati Cittadino Bergamasco miracolosa diventasse. Questi, desiderando in più degno luogo collocare la detta Immagine, risolse

fosse erger ivi appresso una Cappella; onde l'anno 1709 dal Prencipe nostro, e del 1710 dall'Abate di S. Nazaro avendone ottenuta la permissione, di limosine raccoltesi, e del suo proprio danaro fece la Cappella edificare, l'anno 1712 la detta Immagine in quella trasportando, e facendo segnare per memoria il sito ove prima giacea. Le Ducali, e l'Abazial Decreto ragion ci pare non si vengano in queste Notizie nostre tralasciati, onde, e quelle, e questo quivi si riferiscono.

JOannes Cornelio Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Universis, & singulis Rapresentantibus nostris, & præsertim Rectoribus Veronæ, eorumque Ministris præsentibus, & futuris, ad quos istæ nostræ pervenerint, & earum executio spectat, vel spectare poterit &c. Significamus hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infrascripti Videlicet &c. Che in ordine a quanto rappresentano nelle pontuali informazioni ora lette li Consultori nostri in jure sopra la supplica di Pompeo Donati, sia permesso al medesimo previe le solite licenze Ecclesiastiche di poter erigere negli Orti di sua ragione esistenti nel confine di Campo Marzo della Città di Verona, dove esiste dipinta sopra muro d'una casa rovinata l'immagine miracolosa della Beata Vergine una Chiesola di longhezza di pertiche sei, e di larghezza quattro, e mezza per celebrarvi la sola Santa Messa senza pregiudizio della Parochiale; dovendo il fondo sempre restar alla condizione Laica. Quare Auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis, ut ita exequi faciatis.

Dat. in nostro Ducali Palatio die 22. Februarii Indict. III. 1709.

Agostino Gadaldino Segr.

REVERENDISS. PADRE ABBATE

DE' Ss. NAZARO, ET CELSO

DELLA CITTA' DI VERONA.

HAvendo io Pompeo Donato servo umilissimo di V. P. Reverendissima ottenuta Ducale del Serenissimo Prencipe sotto il gior-

giorno 22. Febraro prossimo passato di poter erigere negli orti di mia ragione posti in Campo Marzo entro li limiti della di lei Parrocchia una Chiesola ad onore della B. V. per celebrarvi la sola Santa Messa senza pregiuditio del jus *Parochiale, perciò la supplico del di lei assenso per l'esecuzione di detta Ducale senza alcun minimo pregiudizio del* jus *Parochiale, che della Grazia &c.*

Fu presentata li 24. Maggio 1710.

Visa supplicatione retroscripta eandem admisit, si, & in quantum &c., ipsique Domino Pompejo de Donatis licentiam benigne concessit construendi Ecclesiam, sive Oratorium in hortis propriis existentibus in Campo Martio intra limites hujus Parochialis Sanctorum Nazarii, & Celsi in honorem B. M. V. pro celebranda Missa tantum juxta tenorem facultatis a Serenissimo Principe impetratæ, pro ut ex Ducalibus literis diei 22. Februarii proxima elapsi, & prædictam licentiam concessit sine ullo vel minimo prejuditio juris Parochialis, sed in omnibus, & per omnia, prout disponunt Constitutiones tam Gibertinæ tit. 2. cap. 38. quam Pisanæ die 9. Maii 1675 in Diœcesana Synodo promulgatæ tit. de Jurisdictionibus Parochialibus, quibus semper relatio habeatur &c. nec aliter, nec alio modo &c. & ita &c.

Dat. Patavii in Monasterio Divæ Justinæ in Ædibus Hospitium hac die 27. Mensis Maii Anno 1710.

D. Aloysius Sylvaticus a Padua Abbas Ss. Nazarii, & Celsi Veronæ.

D. Ferdinandus a Venetiis Cancellarius de Mandato.

NO-

NOTIZIE DEL LUOGO

DEGLI ESERCIZJ DE' C. R.

DELLA COMPAGNIA DI GESU'

PRESSO AVESA.

FU lasciato questo luogo a' detti Religiosi dal fu D. Andrea Trivisani, con premura al Rettore del Collegio di S. Sebastiano, ch'era allora il P. D. Andrea Maderni, di procurarne dal Prencipe Sereniſſimo il possedimento, lo che per Ducali 11. Novembre 1713 fu graziosamente ottenuto. Questo luogo, consistente in un Casino di ristretta ma soda abitazione con alcuni pochi Campi ed una piccola Chiesetta edificata sotto l'invocazione della Croce sopra la via per cui da Verona si passa nelle terre d'Avesa e Quinzano, fu lasciato da' detti Religiosi dal suddetto loro Benefattore, acciò avesser non lungi dalla Città onde sollevarsi, singolarmente per li Maestri delle Scuole nel giorno fra settimana di vacanza. Entrato poscia l'anno 1730 e desiderando alcune divote persone un luogo di ritiro per gli Esercizj spirituali, che con frutto delle anime grandissimo si fanno in Torrino, Milano, Brescia, Padova ed in altre Città d'Italia, fu proposto dallo stesso Padre Maderni esso luogo, come quello che con aggiunta di fabbrica si avrebbe potuto a tale pio uso facilmente ridurre, come in fatti seguì, essendosi ridotta l'abitazione nello spaccio di tre anni

ni commoda ad accogliervisi dodeci persone, onde nell'anno 1736 si diede principio in questo luogo alla pia Istituzione colla raunanza di diverse persone Ecclesiastiche e Secolari de' più qualificati ordini della Città. Accresciuto poi d'anno in anno il numero de' concorrenti, eccitati dal frutto Spirituale, che da questo sacro rito ne aveano que' primi riportato, quinci n' avvenne, che fu d'uopo ampliare ancora la fabbrica, e ridurla a quella perfezione che al presente si vede. Il corso di questi Esercizj per cadauna compagnia è d' otto giorni compreso il primo della introduzione, e l'ultimo del compimento. L'ordine e il metodo è lo stesso solito a praticarsi in altre simili case dalli P. P. della medesima Compagnia secondo il loro Istituto. La situazione del luogo, ch' è circa mezzo miglio fuori della Porta di S. Giorgio nell'ascendere della Collina, concorre a renderlo con bei prospetti da ogni parte assai vago ed ameno. La fabbrica è ben disposta in tre ordini colle stanze in libertà l'una dall'altra, e due scale laterali per commoda communicazione. Sopra ogn'altra cosa rende pregevole questo Ritiro l' unione di tre Cappelline poste sul Monte, a cui si fa passaggio dal piano di mezzo. La prima (ch' è come la maggiore, in cui si raccolgono gli esercitanti per le funzioni proprie degli esercizj) è di figura ottangolare bislunga con Cappella sfondata, e con Altare di marmo, la cui Pala o Tavola è una divota Immagine del Crocifisso di rilievo. Dalle due Porte della Cappella, che sono prima di salire all' Altare, si passa alle due più piccole Cappelle, della stessa architettura, e parimente co' loro Altari di marmo, ed annesse Sagrestie di communicazione tra l'una e l'altra parte; e queste servono per la più commoda celebrazione delle Messe agli Ecclesiastici nel tempo degli esercizj. Sogliono ritirarsi una volta il mese e Nobili persone, e di altra condizione ancora, nel Collegio di detti Padri da' quali si vengono esortate in tale occasione a prepararsi a ben morire. Lo che essendo a tutti noto non è d' uopo ch' io in questa parte mi diffonda altrimente.

PITTURE.

N*Ella Chiesina o Cappella maggiore sono le seguenti Pitture. Nel primo lato che forma angolo a destra tra li due pilastri si vede effiggiata Maria Vergine col suo Divin figliuolo*

uolo in braccio in atto di dettare gli eserciżj a Sant' Ignazio Lojola nella grotta di Manresa; Opera di Giambitin Cignaroli.

Nel lato di riscontro a finistra è l'Immagine di S. Francesco Borgia, che riceve da Papa Paolo III la Bolla confermativa degli eserciżj: Opera di Pietro Rotari.

Nel terzo lato all'opposta parte destra è S. Carlo Borromeo insigne Promotore degli eserciżj: di Pietro Perotti.

Nel quarto lato all' opposta parte sinistra è l' Immagine del Penitente Re Davide con l' Angelo che gli propone li tre flagelli: Opera di Giorgio Anselmi.

Sopra la Porta è l'Immagine di S. Pietro Appostolo penitente, che rinnova il suo pianto al canto del gallo: di Antonio Cavaggioni.

Nella medaglia del volto, parimente ottangolata, stà esposta in pittura a fresco la Maddalena a' piedi di Gesù Cristo in atto di lavarli cole sue lagrime, e di versare il prezioso unguento: del sopraddetto Cignaroli.

La pala della Chiesina laterale a sinistra rappresenta Gesù Cristo orante nell'Orto con l'Angiolo che gli presenta il Calice, e li tre Discepoli dormienti: di Matteo Marinelli.

La medaglia nel volto ottangolata rappresenta la Conversion di S. Paolo: Opera di Pittor foresto.

La pala della Chiesina laterale a destra, rappresenta Maria Verg. addolorata col deposito del Divin suo figliuolo tra le braccia: Opera di Stefano Sandri.

La medaglia nel volto ottangolata rappresenta il figliuol prodigo ravveduto a' piè del padre: di Giorgio Anselmi.

Li quattro angoli di queste due Chiesine si vedono ornati da preziose Reliquie autentiche di Santi, raccolte in ovati colle loro cornice e filo d'oro.

Nelle due Sagristie, tra gli altri minori quadretti, si distinguono due belle opere del celebre Antonio Balestra.

Una Immagine di Maria col Divin Bambino avanti giacente sulla paglia. L'altra che è il modello affatto finito della pala maggiore della Chiesa di Sant' Ignazio in Bologna, rappresenta esso Santo dinanzi a Maria in atto di ringraziarla, mentre deposita il suo Divin figliuolo tra le braccia di S. Stanislao Kostka.

Altra bella Immagine di Maria addolorata vedesi nel Refettorio di questo Ritiro: del suddetto Balestra.

Il rimanente del medesimo Refettorio è ornato da sei pezzi di pitture, copie in piccolo della insigne Storia d' Ester: di Paolo Farinati

nati, che vedesi effigiata a fresco nel fregio della Sala del Collegio di S. Sebastiano, dove ora è l'Oratorio maggiore. Le dette copie sono di Giorgio Anselmi.

Nella Sala del fuoco si vede una serie di quadri rappresentanti li principali Misterj della Passione di Nostro Sig. Gesù Cristo: del Perotti suddetto.

Nella Chiesetta lasciata dal Prete Trivisani celebrasi ne' giorni festivi la Santa Messa per commodo de' vicini abitatori; e in questa, essendo un Altar solo, mirasi sopra la sua pala dipinta dal Barbieri la Vergine col Salvatore morto e con Angioletti che tengono gli stromenti della Passione.

NOTIZIE DELLA CHIESA E MONISTERO

DI S. SALVATORE

DI SERMIONE.

ANsa moglie di Desiderio Re de' Longobardi fu l'edificatrice di questa Chiesa e Monistero, probabilmente per Monaci di S. Benedetto. Spogliato poscia Desiderio del Regno da Carlo Magno Re di Francia, donò questi la detta Chiesa e Monistero insieme coll'Isola e Castello di Sermione alla Chiesa di S. Martino di Tours per il vestiario di quel Monistero. Di questa donazione essendoci venuto veduto un antichissimo esemplar membranaceo appo i R. R. Monaci di S. Zen Maggiore nel punto che li seguenti Supplementi stampar si doveano, costretti siamo a questa e ad altre cose recentemente ritrovate dare, in vece del primo, l'ultimo luogo tra le Notizie di nostre Chiese.

CAROLUS gratia dei rex francorum & longobardorum atque patricius romanorum. Si enim ex his quæ divina pietas nobis affluente tribuat pro oportunitate servorum dei locis venerabilibus concedimus hoc nobis ad mercedis augumentum vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Quapropter notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini qualiter nos & conjux nostra hildegardis regina ob amorem dei & nostræ comune mercedis augumen-

tum donamus ad sacrosanctam ecclesiam beatissimi confessoris Sancti martini & patroni nostri turonicæ civitatis constructam ubi ipse preciosus domnus corpore requiescit & vir venerabilis gulfardus (a) *abba pre esse videtur. Donatumque in perpetuum ad eundem sacrum locum vel ejusdem congregationi causa vestimentorum esse volumus. Hoc est insula cum castello sermionense* (b) *quæ est sita in lacu minciadæ* [c) *cum omnibus finibus & ejus terminis sicut in publico & ad palatium visum est pertinuisse, & in antea intrafisco nostro cæciderit tam infra ipso termino quam & aforis ibidem in integrum pertinentia. Id est curtis ecclesiis villis mansis mancipiis massariis aedificiis vineis olivetis silvis pratis pascuis aquis aquarum ve decursibus mobilibus & immobilibus omnia & ex omnibus etiam & monasteriolo illo infra ipso castro quem ansa novo opere construxit quod est in honore sancti salvatoris cum omni ejus soliditate. Donamus etiam ad prefatum sacrum locum vallem illam quæ vocatur camonia cum salto & candino vel usque indalanias cum montibus & alpibus a fine treentina qui vocatur tbonale usque in finem brixaneinse seu in giro bergamasci quicquid infra ipsos fines vel ab ipsa valle a longo tempore & modo aspicere vel pertinere videtur sicut in publico & ad palatium visus est redidisse aut in antea infra fisco nostro cæciderit simili modo cum integritate sicut de termino sermionense conscripsimus ita & ista omnia tradidimus. Insuper ad augumentum ad præfatum sacrum locum sinerdoebium illum inter padum & ticinum quod est in bonore sanctæ mariæ constructum prope papiam civitatem in locum waham cum villa solario vel omnibus apenditiis eorum & casella una infra papia idem una cum terris domibus ecclesiis ædificiis accolab. mancipiis massariis vineis silvis campis pratis pascuis aquis aquarum ve decursibus mobilibus & immobilibus omnia & ex omnibus. Hæc vero omnia superius denominata cum terminis & finibus cum apenditiis suis a die presente in perpetuum ad præfatam basilicam sancti martini vel ejus rectores concessimus atque plenissima voluntate indulsimus. Propterea banc preceptionem auctoritatis nostræ conscribere jussimus ut ea quæ supradicta sunt pars memoratæ basilicæ sancti martini ejusque rectoris ab bac die babeant teneant atque* po-

(a) I Padri Sammartani alla pag. 612. del IV. Tomo della *Gallia Cristiana* leggono *Vulifardus*.

(b) E non senza errare *Hermuinense* in vece di *Sermionense*.

(c) E *Lacu Miriciada* in vece di *Minciade*, cioè il Lago di Garda, dalle cui acque avendo origine il fiume Mincio, perciò nell'ottavo secolo chiamavasi il Lago del Mincio, come in questo Documento si legge.

possideant & ad ipsam casam di (a) *pro mercedis nostræ hælemosina in augumentis proficiat ut nullus ex judiciaria potestate aut qualibet persona memorato gulfardo abbati suisque successoribus aut agentes de se predictis rebus inquietare aut contra rationis ordinem vel calumniam generare quoque tempore presumat. Sed hoc nostræ auctoritatis donum jure ibi permaneat firmissimo. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel nostris & futuris temporibus melius conservetur manu propria subter eam decrevimus roborare. Signum*

(a) Credo che *dicata* si debba leggere.

Karoli [monogram: K R O L S] *gloriosissimi regis.*

Hitberius recognovit. Data XVII. Kal. Augusti. Anno VI. & primo Regni nostri. Actum papia civitate in dei nomine feliciter amen.

La Chiesa di S. Salvatore, come nel Documento si narra, era edificata nel Castello. Ma di questo ora se non se alcune reliquie sopra del monte apparendo, di quì si fa chiaro, che il Castello d'oggidì fu posteriormente fabbricato, e, come è fama, dagli Scaligeri. La Chiesa non molto ampia, e in tre navi fabbricata sussiste ancora al presente, conservando la rozza di lei antica struttura, e que' terrazzani la tradizione che ivi fosse anche il Monistero una volta. Ma quando sia stato abbandonato da' Monaci, e sottratto dalla giurisdizione del Monistero di Tours non si sa.

NOTIZIE DELLA CHIESA

DI S. LORENZO IN SEZANO.

FU edificata da quell' Audone che fu poi Vescovo di Verona. Lo che dal suo testamento, scritto li 29 Aprile 856 apparisce. La carta è nell'Archivio del Monistero di Santa Maria in Organo, e di questo tenore.

IN nomine Domini nostri Jhesu Christi Imperante Domno nostro Hludovico Magno Imperatore anno septimo sub die tercio Kal. Madii Indictione quarta decima. Manifestum est mihi Audoni Archidiacono Sanctæ Veronensis Ecclesiæ filio b. m. Grauseberto Lungobardo eo quod ante hos annos edificavi Ecclesiam Beati Laurentii Martyris Christi in fundo Veronensis in Valle Paltenade lo-

co

eo nuncupante Sezano in proprio meo, & in ipsam Ecclesiam confirmavi per cartolam iudicati de rebus meis in tali vero tinore, ut dum Procarda Abbatissa consobrina mea advixisset ipsam Ecclesiam simul cum ipsis rebus in ejus fuisset potestatem tantummodo usufruendi usque dum sua fuisset vita. Modo vero talis mibi datur voluntas qui supra Audoni Archidiac. do dono, atque offero pro anima mea in suprascriptam Ecclesiam Beati Laurencii ipsum fructum de ipsis rebus, quas Procarda Abbatissa dixi babet post meum dicesso, ita ut babeant potestatem Sacerdotes, qui pro temporibus in ipsam Ecclesiam ordinati fuerint faciendi ex inde juxta Dominum qualiter in ipso judicato dispofui, antepofito volo, ut casa melore subtus ipsam Ecclesiam, quas ipsius Procardæ Abbatissæ dixi babet usque dum sua fuisset vita, volo ut ipsa casa presenti die obiti mei deveniat in potestatem Monasterii Sanctæ Mariæ sito ad Organo vel Abbati qui ibidem pro temporibus fuerint faciendi. Et inde pro anima mea quicqui illi placuerint. Nec non etiam & do ac cedo pro anima mea in suprascriptam Ecclesiam Beati Laurencii omnes res illas, quæ mibi ab Ariulso, & Suniberto Presbyteris, & . . . . advenerunt, qui fuerunt bonæ M. Gunderic. Presbyteri qui sitas sunt in jam dicta Valle Paltenade in Vico Veneris, nisi quod antepono terra cum rasiles quas Rimperto datum babeo. Actamen dum ego Audo Arthidiaconus in boc seculo advixero omnia superius comprebensa in mea reservo potestatem adbuc in antea judicandi, & ordinandi quomodo, aut qualiter mibi placuerit faciendi. Et si, & inde alia ordinacione, vel tradicione novo emisero tunc post meum decesso omnia qualiter superius judicavi, & ordinavi omni in tempore firmum & stabilis permaneat. Acto in Sezano feliciter.

Ego Audo Arcbidiac. mm. ss.
Signum † M. Barucioni filio quondam Magnoni test.
Signum † M. Magnoni filio ejus test.
Signum † M. Martino filio qu. Maselioni test.
Signum † M. Audiberto filio qu. Martino test.
Signum † M. Dominico filio qu. Juliano test.
Signum † M. Stabilis Germano ejus test.
Signum † M. Gundenterio Vasso Audoni Arcbidiac. test.
Ego Laudibertus Subd. rogatus ab Audone Arcbidiac. mm. ss.
Ego Taudemarius Not. Rogatus ab Audone Arcbidiac. scripsi bac pagina, & post tradita complevi.

NO-

1. non

NOTIZIE DELLA CHIESA

DI STA. MARIA CONSECRATA.

DAl Moniſtero di Santa Maria in Organo ſi dipendea, come ſi ha in due Diplomi di Giovanni XIX e di Aleſſandro III. Alcuni credon eſſer quella che è nella terra di Lonigo. Ma queſta chiamavaſi anticamente di S. Pietro Lamentario, non di Santa Maria; ond' è da credere eſſer quella che in Documento del 1055 ſi dice dedicata alla Beata Vergine ed alle Sante Agata e Cecilia. La qual Chieſa era da Preti uffiziata. In Documento, che appartenne al Moniſtero di S. Giorgio in Braida, e che inſieme con altre Carte dell'iſteſſo Moniſtero pervenne in potere di Pier Antonio Berno, nominandoſi un certo Alberico abitante fuori della Porta di S. Pietro, ſervidore d'una Chieſa di Santa Maria, che fu un tempo di alcune Monache, ci fa penſare, che queſta Chieſa foſſe fuori della Rocca di S. Pietro, e l'iſteſſa per avventura che di Santa Maria Conſecrata appellavaſi. Il Documento in cui della detta Chieſa ſi parla è di queſto tenore.

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jheſu Xpi Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam. Qualiter tradavit atque venundavit Bonofilio filio quondam Manivertus abitator foris porta Sancti Stephani famulo Sancti Zenonis, & per hanc preſentem paginam, & per una fuſte, quas in manu ſua tenebat, de ſua manu in manu, & in perſona Alberico filio quondam Johannis qui Zataro vocabatur abitator foris puſterla Sancti Petri famulo Sanctæ Mariæ, quæ ab antico fuit Monaſterium puellarum ad die preſenti, & ora ad ſuam proprietatem ad abendum. Id eſt terra cum caſa ſuper ſe habet in loco uno juris ſue, quas ipſus abere, & poſſidere viſus erat, quibus eſſe videntur in finibus Veronenſis foris porta Sancti Stephani hubi dicitur ad fiſtule, quod eſt terranea, & cum homne Edificio ſuo ſuper ſe habet vel quam fineſtillas precingit, habet per longum de uno latus perticas tres pedes duo, & ſemiſſe uno, de alio latus per longum perticas tres, lato de uno capite perticas duas, de alio capite lato pertica una pedes duo ad pertica legitima de pedes

des duodecim ad extensis brachiis mensurata quæ de uno latus te ipso venditore habet, de alio latus plures homines habent, de uno capite via, & ingresso comune percurrentem, & infra designato loco, vel ejus mensuras, seu, & si dictas coherencias cum omnia super se habet ipse jam dictus venditor ex inde sibi dem nullam reservavit una cum ingresso comune & pro suprascripta sua venditione accepit ipse jam dictus Venditore ad suprascripto emptore precio finito per argentum, & alia merce valentem soldos centum, * *& insuper dedid wadiam ipse jam dictus Venditore, & repromisit se vel suis heredes eidem suprascripto emptore vel ad suos heredes aut cui ipse dedisset si de suprascripta sua venditione aliquando tempore molestare præsumpsisset, & ab unum quemque homine defendere non potuisset tunc tantum, & in quantum suprascripta sua venditio cum omnia super se habet eo tempore in consimile loco meliorata valuisset duplicare promisit se & de hac causa posuit fidejuss. Laurentio. Factum fuit in Castro Veronensi in anni ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Xpi millesimo quadragesimo nono Enricus gratia Dei Imperator Augustus Deo propitio hic in Italia anno quarto sub die octavo mensis Januarius Indictione tercia feliciter. In tempore Domini Walterio Episcopi Ragimpot. Vicedomino ibidem erat de pares illorum famulus, id est suprascripto Laurencio quid est fidejussor, & Prando & Teuro, & de liberis homines, id est Toto, & item Toto, & Gauselmo Notarius, & aliis plures.*

Ego qui suprascriptus Gauselmo Notarius, qui ibi fuit, & hunc brevem scripsi, & complevi.

Ora la detta Chiesa non sussiste, ond' è verisimile, che per la nota generale spianata perisse.

SUP.

* Lire 78 di moneta piccola Veneziana sarebbon li soldi cento sopradetti. Lire 234 se fossero stati di grossi. Ma non essendo verisimile che sì poco fosse il valor del fondo in questa Carta accennato, bisogna immaginarsi che di soldi d'oro nel Documento si parli, onde li soldi cento importerebbono Lire 2934 circa di moneta piccola Veneziana.

SUPPLEMENTI
ALLE NOTIZIE
DELLE CHIESE
DI VERONA.

A' LEGGITORI.

ERa cosa impossibile scrivere queste Notizie nel mezzo di quasi infinite occupazioni senza urtare in uno Scoglio a schivarsi per altro difficilissimo. Conciosiacchè non avendo avuto sempre il tempo di rintracciare le Carte tutte neccessarie, ed avendo perciò dovuto alle altrui relazioni riportarci, n' è succeduto che dalla verità ci siamo alcuna volta scostati. Di questo diffetto però accortici per alcuni Documenti che ci sono venuti posteriormente alle mani, sarà nostra presente cura, mediante questi, le scoperte non diritamente narrate cose sanare e correggere; e alle già riferite alcune altre eziandio aggiungere.

Della Chiesa di Santo Agostino.

DAl seguente Documento non solo impariamo dunque essere stato consecrato l'Altare della detta Chiesa e benedetto il di lei Cimiterio da Fra Pietro Vescovo Venecomponense, ma di più, che, per l'uccisione del Vescovo Bartolomeo della Scala successa nel 1338, *la Chiesa Veronese li* 12 *Marzo* 1343 *era senza Pastor tuttavia. La Carta è nell'Archivio delle Monache di S. Salvator Corte Regia e di questo tenore.*

IN Christi Nomine Die Mercurii duodecimo intrante mense Martio in Cimiterio, sive Poliandro, & Ecclesia Monasterii & loci Sancti Augustini, ut inferius declaratur sibi prope Civitatem Veronæ foris portam Episcopi; Presentibus discreto Viro Domino Dup. Martino Archipresbytero Plebis Sancti Stephani de Verona Iconomo Episcopatus Veronæ Episcopali Sede Veronensi Pastore vacante. Dominis Dup. Roffino Archipresbytero Plebis Sancti Petri in Castello Veronæ. Dup. Petro de Cendracio Presbytero beneficiato in Ecclesia Sancti Georgii sita prope majorem Cathedralem Ecclesiam Veronensis. Dup. Antonio de Illasio Presbytero beneficiato in dicta majori Ecclesia, Dup. Zannino Presbytero beneficiato in eadem majori Ecclesia; Religiosis Viris Dominis Fratribus Jacobo de Verona Lectore, Gomberto de Verona, & Bonaventura de Tridento, & aliis Fratribus Ordinis Heremitarum Conventus Veronæ, ac Dominis Bartholomeo Notario qu. Mag. Bonzagnini Artis Gramaticæ, & Magistro Bonzagnino ejus filio de Guaita Sancti Mathei cum Curtinis Veronæ, Dominis Bartholomeo qu. Domini Renaldi Linaroli de Guaita Sancti Thomæ Veronæ, & Magistro Rigino Spezzaprea qu. Domini Hendrigi de Guaita Sancti Petri in Carnario Veronæ testibus rogatis, & aliis pluribus, & notis.

Ommissis.

Reverendus in Christo Pater Dominus Frater Petrus Dei Gratia Episcopus Venecomponensis moram Veronæ trahens exequi volens de licentia, & auctoritate Sapientis Viri Domini

mini Gulielmi Canonici Plebis Porti Diocesis Veronensis Vicarii Capituli Veronen. Episcopali Sede Veronæ Pastore vacante ut in ipsius Domini Vicarii patentibus litteris sub sigillo Vicariæ Curiæ Episcopalis Veronæ munitis, omnique vitio, & suspicione carentibus plenius continetur, quorum tenorem ad majorem cautellam ego Joannes Notarius infrascriptus hic inferius transcripsi in formam publicam, & autenticam, & ut ipsum autenticarem, & publicarem, & hic in formam publicam reducerem dictus Dominus Episcopus mandavit, & concessit dicto mihi Joanni infrascripto, & dictus tenor ipsarum litterarum de Verbo ad verbum inferius denotatur, ad Monasterium, & locum Sancti Augustini supradictum causa benedicendi, & consecrandi Poliandrum, sive Cimiterium situm ad faciem Ecclesiæ Monasterii prædicti: a parte versus mane dicta Ecclesia, & partim intrata Orti dicti Monasterii, a parte versus Meridiem dictum Monasterium, a parte versus Montes via publica usque ad trusinam dictæ Ecclesiæ, & intratam dicti Orti in parte, & a parte versus sero via, qua itur ad Portenariam dicti Monasterii, & causa consecrandi, & sanctificandi Altare, & ipsius Mensam in dicta Ecclesia sub trusina ipsius in honore, titulo, & vocabulo Sancti Augustini Episcopi, & Confessoris pro parte Religiosarum, & honestarum Dominarum Abbatissæ, Sororum, & Monialium Monasterii prædicti plurimum requisitus, & exoratus personaliter accessit, & Pontificalibus decoratus forma Sanctæ Romanæ Ecclesiæ solemniter observata, ipsum Dominum Episcopum coadiuvantibus suprascriptis Dominis Archipresbyteris, Presbyteris, & Fratribus, & aliis quampluribus, prædictum Cimiterium, sive Poliandrum sepultura jam in se habens benedixit, sanctificavit, & solemniter consecravit; Postquam vero benedictionem, sanctificationem, & consecrationem idem Reverend. Dominus Episcopus præfatus pia promptus ad opera & circa Divini Numinis cultum omni attentione sollicitus, ut Regi seculorum invisibili inmortali, quem solum secundum Apostolum decet honor, & gloria, laus, & benedictio, ac gratiarum actio, difusius, & latius, ac sollemnius multiplicatis præconiis celebretur, & velut Pastor bonus circa Gregem Dominicum pervigil, ut Deo devotum reddat, & ut ab ostis velut leonis rugientis unguibus gregem Dominicum tutum reddat, quibuscumque modis hoc ulterius adimplere valeat,

leat, elaborat prædicationibus, admonitionibus, & altarium Basilicarum consecrationibus, & aliis sacris operibus insistendo incontinenti dictam Ecclesiam Sancti Augustini cum testibus suprascriptis, & aliis multis reverenter intravit causa consecrandi, benedicendi, & sanctificandi prenominatum Altare, & ipsius lapidis mensam sub trufina ipsius Ecclesiæ in honore, titulo, & vocabulo Sancti Augustini Episcopi, ut in litteris in posteriori latere ipsius Mensæ sculptis etiam denotatur, & omni torpore seposito pontificalibus decoratus secundum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum, & formam cum suprascriptis Archipresbyteris, Presbyteris, & Clericis, ac cum decentibus apparat. ad ipsum Altare, & ipsius Mensam reverenter accessit, & primo Christi nomine invocato in mensa Lapidis dicti Altaris in anteriori parte desuper reliquias Sanctorum, & Sanctarum infrascriptas ibi per me Johannem Notarium infrascriptum perlectas publice, & declaratas videlicet in hiis Verbis. Primo de Ligno Crucis Domini nostri Jesu Christi, de Capillis Sanctæ Mariæ semper Virginis Gloriosæ, Sancti Andreæ Apostoli, Sancti Laurentii Martiris, Sanctorum Gervasii, & Protasii, Sancti Christophori, Sancti Dalmiani, Sancti Bonifacii, Sancti Vincentii, Sancti Johannis Crisostomi, Sancti Georgii Martyris, Sanctorum Proti, & Jacinthi, Sancti Eusebii P.P., & Martyris, Sancti Saturnini Martyris, Sanctæ Margaritæ, & de Tonega Sancti Dominici cum summa reverentia, & devotione introclusit, quibus introclusis ipsum Altare, & ipsius Mensam prædictam ad honorem Dei Omnipotentis, & Beatæ Mariæ semper Virginis Gloriosæ ejus Matris, ac Sanctorum, & Sanctarum omnium, quorum, & quarum jam dictæ Reliquiæ sunt introclusæ, & aliorum omnium Civium supernorum erexit, & erigi jussit in titulum, in honore, & sub vocabulo Sancti Augustini Episcopi, & Confessoris, & erectum ipse Dominus Episcopus adjuvantibus suprascriptis Dominis Archipresbyteris, Presbyteris, Fratribus, & aliis pluribus existentibus ibidem benedixit, santificavit, & consecravit fundendo oleum desuper, & Sacrosanctum Crismatis Unctionis delib. forma Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in prædictis solemniter observata, omnia, & singula, quæ in consecratione Altaris secundum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum, & formam requiruntur solemniter cum omni reverentia, & devotione exercendo. Quibus peractis prædictus Do-

Dominus Episcopus Venecomponensis ad honorem Dei Omnipotentis, & ipsius laudem, & Beati Augustini Episcopi super dicti Altaris Mensam Missam solemniter celebravit, & adstante Populo intra Ecclesiam declaravit, & dixit.

Nos Frater Petrus &c.

Ommissis.

Mandans, & concedens antedictus Dominus Episcopus dicto mihi Joanni Notario infrascripto de prædictis Consecratione, Sanctificatione, & benedictione indulgentiis, & indulgentiarum concessione, & aliis supradictis ad cautellam presentium, & memoriam futurorum publicum conficere instrumentum.

Anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio Indictione undecima.

Ego Joannes qu. Domini Nassinbeni, qui dicebatur Bola Civis Veronensis Publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Episcopalis Curiæ Veronæ Scriba suprascriptis Consecrationi, Sanctificationi, Benedictioni, & Indulgentiarum concessioni, & aliis supradictis interfui, & ea de Mandato, & auctoritate suprascripti Domini Episcopi scripsi, & in publicam formam redegi rogatus &c.

Della Chiesa di Santa Agnese.

D*A un Rotolo appo i R. R. Monaci di S. Zen Maggiore raccogliesi essere stata rassegnata questa Chiesa colla sua residenza del* 1478 *dal Rettore di quella di S. Donato alla Magnifica Città, per ergervi in tempo di pestilenza uno Spedale, con quei patti e condizioni che nella detta Carta si leggono, la quale è in questo tenore scritta.*

IN Christi nomine Amen: Anno Nativitatis ejusdem millesimo Quadringentesimo septuagesimo octavo, Indictione undecima die vero vigesimo octavo mensis Septembris Veronæ in Episcopali Palatio in Camera solite audientiæ infrascripti Reverendi Domini Comissarii & Locumtenentis, presentibus

Re-

Reverendo in Christo Patre Domino Augustino Abbate Sancti Leonardi Clugunensis Diæcesis; Sp. & generoso milite & Juris utriusque Doctore Domino Joanne Nicola Faella Nobili Veronense; Ven. Sacræ Theologiæ proffessore Domino Magistro Petropaulo de Verona Ordinis Heremitarum Monasterii Sanctæ Heusemiæ Veronæ; Domino Donato de Mapheis Rectore Ecclesiæ Sancti Salvatoris ad Frignanum Veronæ; Gulielmo Notario de Gratiadeis de Sancto Joanne in Valle, & Alberto de Salutellis Notario de Sancto Stephano Veronæ, omnibus testibus ad hæc vocatis habitis & rogatis. Quia per Magnificam Comunitatem Veronæ omni studio & diligentia continuo invigilatum est inveniendi locum in Civitate hac Veronensi pro deputandis in illo Sacerdote & Medico qui succurrere possint in casibus, qui occurrere possent, & Spiritualiter & corporaliter etiam salutarem prebere medellam infirmis morbo, tandem invenientes pro loco magis commodo apto & condecenti Ecclesiam Sanctæ Agnetis intus Veronæ cum domo & pertinentiis suis, requisiverunt Venerabilem Virum Dominum Gobertum de Verona ipsius Ecclesiæ rectorem, ut dictæ Magnicæ Comunitati dictam suam Ecclesiam Sanctæ Agnetis cum domo & pertinentiis ad illam spectantibus pro hujusmodi necessitate concedere vellet; qui pro Comuni Civitatis salute prompta voluntate ac motu proprio se obtulerit & offerat, prout etiam super hoc per Rev. in Xpto Patrem Dominum Guilielmum de Militibus Episcopum Argolicum, & in Episcopatu Veronæ pro Reverendissimo Domino Domino Nostro Sancti Marcelli Præsbitero Cardinali Sancti Angeli vulgariter nuncupato, Episcopo Veronense & Comite, & Locumtenentem generalem instantissime extitit requisitus votis ipsius Magnificæ Comunitatis satisfacere; Itaque volens ipse Dominus Gobertus hunc suum bonum propositum, & per eum sic sponte factam oblationem ad debitum effectum perducere, constitutus personaliter in presentia ipsius Reverendi Domini Locumtenentis, sponte & motu proprio, tamen cum reservationibus ut infra, resignavit & libere relaxavit dictam Ecclesiam Sanctæ Agnetis cum domo & quibuscumque suis pertinentiis in manibus ipsius Domini Locumtenentis, ad hoc ut de illa provideat & providere debeat ipsi Magnificæ Comunitati Veronæ pro negotio prædicto peragendo: cum hac tamen reservatione, quod ipse D. Gobertus

bertus

bertus sibi reservavit & reservat quousque vixerit & successoribus suis in perpetuum Curam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Agnetis cum toto ejus introitu, usufructu, proventu, & utilitate, ita quod ipsa cura introitus & utilitates sint, intelligantur, & esse debeant unitæ, annexæ, & incorporatæ cum Ecclesia Sancti Donati de la Columba, quam etiam ipse Dominus Gobertus in titulum habet, ita quod de cætero sit una & eadem cura & administratio sub uno & eodem titulo Sancti Donati, nec de cætero dicta Ecclesia Sanctæ Agnetis aliquam curam, administrationem, & regimen habeat animarum; nec Sacerdos ibi per istam Magnificam Comunitatem deputandus se immisceat, impediat, aut aliqualiter intromittat in Officio dictæ curæ, nisi tantum & dumtaxat pro infirmis eo deferendis pro peste, & morbo, & ita per ipsum Dominum Locumtenentem dictam unionem fieri debere cum instantia requisivit, conferrendo domum dictæ Ecclesiæ Sactæ Agnetis usui, comoditati, utilitati, & necessitati dictæ Magnificæ Comunitatis. Qui Reverendus Dominus Commissarius & Locumtenens audita & intellecta suprascripta per ipsum Dominum Gobertum sponte facta oblatione, ac visa dicta resignatione & renuntiatione per ipsum Dominum Gobertum facta, satisfacere etiam ipse volens voluntati & communi ac universali bono hujus Magnificæ Comunitatis, potissime cum ipse suaserit ipsi Domino Goberto, & actor fuerit dictæ resignationis pro repellenda ipsius mortiferæ pestis ab hac Magnifica Comunitate letali contagione, auctoritate ordinaria, qua pro prelibato Reverendissimo Domino Cardinali fungitur, & cujus vices gerit, dictam resignationem, renuntiationem, & relaxationem per ipsum Dominum Gobertum de dicta Ecclesia Sanctæ Agnetis factam admisit, & admittit, & subsequenter dicta auctoritate contulit domum dictæ Ecclesiæ Sanctæ Agnetis cum toto suo territorio & pertinentiis suis quibuscumque, & assignavit ac de illis providit ad usum, comodum, & voluntatem dictæ Magnificæ Comunitatis, & spectabilium Dominorum Provisorum ipsius, pro deputandis ibidem dictis Capellano & Medico pro succurrendo salutis Civitatis in casibus necessitatis, qui occurrere possint peste & morbo, ad hoc ut Civitas hæc possit, quantum fieri potest Divina favente Clementia, a morbo conservari, uniendo domum ipsam Sanctæ Agnetis cum universo ejus territorio, loco de la Tomba,

ac de illa investituit Nobilem Virum Dominum Angelum de Caballis qu. Domini Petri ipsius loci de la Tomba Priorem, & Gubernatorem ibi præsentem, & nomine ipsius Magnificæ Comunitatis Veronæ acceptantem & recipientem per impositionem Annuli auri in digito suo, & hoc etiam instante & requirente Nobile Viro Domino Joanne Francisco Cepolla qu. D. . . . . , hujus Magnificæ Comunitatis in presentiarum Provisore: Et hanc præsentem unionem & provisionem fecit & facit ipse Dominus Locumtenens cum hac conditione, quod cura dictæ Ecclesiæ Sanctæ Agnetis cum introitu, usufructu, & proventu suo sit annexa, unita, & incorporata dictæ Ecclesiæ Sancti Donati de la Columba, ita quod de cætero cura Sancti Donati & cura Sanctæ Agnetis sint & esse debeant unitæ, & sit una & eadem cura, regimen, & administratio sub uno & eodem titulo & benefitio Sancti Donati, nec de cætero dicta Ecclesia Sanctæ Agnetis aliquam curam administrationem, & regimen habeat animarum, nec Sacerdos per istam Magnificam Comunitatem per tempora deputandus se inmisceat, impediat aut aliqualiter intromittat in Offitio dictæ curæ nisi tantum & dumtaxat pro infirmis eo deferendis peste & morbo. Mandans mihi Notario & Cancellario infrascripto de prædictis omnibus hoc præsens fieri Instrumentum.

IN nomine Omnipotentis Dei Æterni Berengarius divina favente Clementia Rex. Si Ecclesiis Dei, venerabilibusque locis aumentum nostræ munificentiæ impertiri satagimus, profecto ad æternæ beatitudinis gaudia nobis proficere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum noverit universitas Anselmum insignem, & gloriosum Comitem, dilectissimumque nostrum Consiliarium humiliter nostram exorasse Clementiam quatenus pro Dei Omnipotentis amore, animæque nostræ remedio Monasterii Beatissimi egregyque Pontificis atque Confessoris Christi Zenonis terrolam quandam adjacentem infra Civitatem Gardensem subtus Castro in aridis locis positam pertinentem de Corte quæ dicitur Tulles, nec non de Veronensi Comitatu concedere per nostri præcepti paginam dignaremur, cujus ratam estimantem petitionem jussimus hoc nostrum fieri præceptum, per quod vindicatam terram in primo videlicet loco prope ripam Laci Benaci per longum habet perticas.... additis pedibus sex, quæ protenditur in latus pedes XII, ex uno quidem latere via publica, ex alio ripam jamdicti Laci, ex transversus jura Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ac Guidonis Presbiteri. In secundo igitur loco ibidem ter-

terrola, quæ habet per longum perticas V additis pedibus sex, est quidem in latitudine perticas III, adherentes ex uno latere via publica, ex alio terra item publica, ex transversus jura Sancti Zenonis, ac Sigoaldi. Item in tercio loco ibidem terrolam habentem per longum perticas sex, in latitudine perticas II. additis pedibus X. ex uno latere via, ex alio terra publica assistente, ex transversus Aucherii Subdiac., atque jura Regis super totum numero tabularum XXX. Addimus etiam eidem Ecclesiæ totum superiorem montem Gardæ, qui præeminet prædictæ Civitati Gardensi, cum aliis montibus sibi adjacentibus nostro juri pertinentibus, & terras ad radicem montis ab Oriente, quæ positæ sunt juxta viam pertinentes de jam dicta Corte in integrum cum omnibus ad se pertinentibus concedimus, & de nostro jure Dominioque in ejus jus Dominiumque transfundimus, & jure proprietario largimur, ad habendum, tenendum, possidendum, ordinandum, vel quidquid voluerit faciendum nostra Regia auctoritate absque alicujus hominis contradictione, vel minoratione. Si quis igitur, quod non credimus nefario ausu contra hoc nostræ donationis præceptum insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras LX, medietatem Cameræ Palatii nostri, & medietaeem jam dicti Monasterii ejusque Rectoribus; quod ut verius credatur, diligentiusque observetur manu propria subter roboratum annulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini Berengarii Serenissimi Regis.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi Archicancellarii recognovi, & ss.

Data pridie nonas Aprilis Dominicæ Incarn. DCCCCIIII· Regni vero Dñi Berengarii piissimi Regis XVII. Indictione VII·

-Actum Veronæ in Dei nomine feliciter Amen.

Pastrengo, luogo tre miglia circa da Garda distante, fu Castello, edificato nel di lei territorio, e, cred' io, per di lei difesa, onde in Privilegio di Arrigo III Imperatore 10 *Aprile* 1046, *che è nel ci-*

citato Archivio, si dice ch' era Castello posto in Judiciaria Gardense, quod Monasterio Sancti Zenonis bonæ memoriæ Arduinus Comes, & filius ejus Eriprandus pro remedio animarum suarum per Cartam offersionis contulerunt &c. *Il Vescovo nostro Raterio, scrive essere stato, per comando dell' Imperadore, esso stesso all' assedio del Castello di Garda. S' egli parli di Pastrengo, o del Castello alla Città annesso non lo spiega, dicendo soltanto* Ego ipse quondam, quum Imperiali præcepto urgeremur Gardam obsidere Castrum &c. *Ma del Castello alla Città contiguo è da credere che favellasse. Questo andar de' Vescovi e Chierici alla guerra dagl' Imperadori si pretendea, perchè godean de' beni Regali, ed eran sottoposti al peso de' Vassali* (a). *Ora della detta Città non appajono se non se piccolissime vestigia, e tali, che sembra quasi impossibile che ivi una Città sia stata giammai. Estendeasi forse fino alla punta di S. Vito; e se quella parte manca dopo il decimo Secolo e non prima bisogna dire che nelle acque del Lago sommersa si rimanesse.*

Della Chiesa di S. Gio: in Fonte.

N*On v' ha dubbio alcuno che al tempo della nascente Chiesa non erano li sacri Fonti usati, onde ne' fiumi si battezzava:* neque quicquam refert inter eas, quos Joannes in Jordane, & Petrus in Tibere tinxit. *Così Tertuliano al Cap* 1 *del libro* de Baptis. *Ed Origene nel Trattato VII sopra S. Matteo:* hoc etiam clare patet in Actibus Apostolorum Cap. XVI. ubi Paulus Mulierem Lydiam sacri Baptismalibus in Fluvio insignivit: *Battezzavano anche sopra delle vie come si ha negli atti degli Appostoli Cap. VIII, dove si legge che viaggiando l' Appostolo S. Filippo coll' Eunuco della Regina Candace, arrivati ad un acqua disse l' Eunuco* ecce aqua quis prohibet me baptizari? *Si battezzò poscia di nascosto, per timore delli Pagani, nelle case private, come si ha nella vita di S. Marcello; e questo costume continuò fino al tempo del gran Costantino, dal quale sendo statto fatto ergere un sacro Fonte ne' Sobborghi di Roma si continuò in ogni tempo a battezzare. Ma fu poscia ordinato che eccetto nelle Feste di Pasqua di Resurrezione e di Pentecoste non si dovesse questo Sacramento amministrare:* non solum adultos, sed & infantes, & parvulos tan-

tum

(a) Murat. Differtaz. sopra le Antichita Ital. T. I. pag. 412 e 413.

tum Paschatis, & Pentecostes tempore baptizatos, *come scrisse il Pontefice S. Leone nella IV sua Lettera a' Vescovi della Sicilia. Gl' infanti però doveano aver compiuto l'ottavo giorno*, illi pueri infantes, parvuli, lactentes maternis uberibus inhærentes, & quantum in ei gratiæ conferatur nescientes, ut ipsi videtis, & ipsi habent octavas hodie. *Così l'Arcivescovo Santo Ambrogio al Cap. V.* de Mysterio Paschæ, *e Santo Agostino nel Sermone CLX nella Domenica* in octava Paschæ. *E quantunque il solo Vescovo fosse il Ministro ordinario del Battesimo, non pertanto ne' casi di necessità ciascuno potea battezzare, come attesta il medesimo Santo Ambrogio* Cap. IV Epist. ad Ephes. *Battezzavan li Vescovi in una Cappella, che venne perciò eretta in vicinanza della Chiesa Cattedrale di ciascuna Città, come si ha nel Dizionario Sacro di Domenico Macro alla pagina* 71. Antiquitus in qualibet Civitate majori Ecclesiæ propinqua erat Capella Baptisterii; sic Romæ prope Lateranensem Ecclesiam adhuc extat antiquum Baptisterii Sacellum, in quo Magnum Costantinum baptizatum fuisse traditur. Florentiæ juxta Cathedralem Ecclesiam est Fontis Baptismalis Ecclesia, & sic per omnes Tusciæ Civitates. Metropolitana Ravenatis Ecclesia adnexam etiam habet Capellam sub titulo Sancti Johannis in Fonte, *e così anche in Verona. Ma la Chiesa di S. Giovanni in Fonte d'oggidì fu riedificata insieme col di lei Battisterio dal Vescovo Bernardo, essendo caduta la Cappella antica per il memorabile terremoto successo nell'anno 1116. Quando si sgravasser li Vescovi di questa fatica, e a' Preti o Canonici delle Cattedrali l'adossassero non so io, ma soltanto che per maggior commodo poscia sendo stato permesso un Sacro Fonte nella Chiesa di S. Giovanni in Valle, e un altro in quella di S. Zen Maggiore, in queste Chiese soleano li Canonici alla Pasqua di Resurrezione e in quella di Pentecoste battezzare; non essendo ciò permesso a' Monaci in que' tempi, come si ha nel Decreto di Eugenio appo Graziano. Ma neppure li Canonici supplir potendo, per la moltitudine degl' infanti che negli accennati giorni portati erano alle dette tre Chiese, pensarono sgravarsi del Battesimo nella Chiesa di S. Zen Maggiore, cedendone la cura alla Santa Congregazione del Clero intrinseco di Verona; onde, come si raccoglie dal seguente Documento copiato da un libro membranaceo segnato B nell'Archivio della detta Congregazione al fog. 16, questa incombenza li 30 Marzo 1194 adossaronle, obbligandosi mandarvi un Sacerdote, un*

Dia-

Diacono ed un Acolito, i quali celebrino la Messa, benedicano li Fonti; e cantata la Messa, volendo, battezzino uno o due fanciulli, e la Congregazion prosegaisca: cedendole per tale fatica la terza parte delle Decime del lucro delle mani, della lingua e degli animali di qua dal Ponte della Pietra fino al Chievo. Qual fosse questo tale guadagno non è a nostra cognizione, e però ne lascieremo agli Eruditi la spiegazione.

DIe secundo exeunte Martio in Ponticello Dormitorii Canonicorum Veron. in præsentia Archipresbiteri Lanfranchi de S. Petro in Castello, Archipresbiteri Zenonis de S. Apostolo, Presbiteri Johannis de S. Maria Antiqua, Presbiteri Artineti de S. Johanne ad Forum, Magistri Musii de S. Sebastiano, Presbiteri Corbelli de S. Egidio, Presbiteri Martini S. Petri, Presbiteri Blanci de S. Maria Antiqua, & aliorum.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Ego Adrianus Archipresbiter S. Veron. Ecclesiæ de consensu meorum Fratrum, videlicet Presbiteri Alioti, Presbiteri Henrici, & Cantoris, & Dñi Andreæ Subdiaconi, Magistri Martini de Runco, & Dñi Clarimbaldi Tizonis vice & nomine aliorum meorum Fratrum, concedo tertiam partem decimationis Gerardo Archipresbitero Congregationis vice & nomine Congregationis de Ponte Petre, *enzà* (a) versus Civitatem usque ad Clevum, videlicet decima de omni lucro manuum, linguæ, & animalium, exceptis terris Canonicorum, & aliarum Ecclesiarum. Ita quod Congregatio pro supra scripta parte debeat facere Baptismum apud Sanctum Zenonem, & omnia quæ fuerint necessaria Baptismo, excepto quod Canonici debeant mittere Sacerdotem, Diaconum, & Acolitum, qui celebrent Missam, & benedicant Fontes, & Missa cantata baptizent unum, vel duos de Pueris, si voluerint, postea recedant. Præterea in Sabbato magno, & in Sabbato Pentecostes debeat dare Congregatio unum Sacerdotem, qui baptizet. Item prædictus Archipresbiter Congregationis promisit, quod

(a) Termine volgare usato anche a' tempi nostri dalle persone idiote e rusticali del Veronese; e vuol dire in buon Italiano *di quà*, onde quì si dee leggere, *di quà dal Ponte della Pietra verso la Città lungo il fiume Adige fino al Chievo*.

rio togliere questa consuetudine: duravit autem prædicta consuetudo baptizandi nudos usquequo malitia ad cumulum aucta propter flagitii periculum illa cessavit in Occidente plurimis in locis circa annum 1140, *così l'istesso Casali alla pag.* 43 de Veteribus Christianorum Ritibus. *In Verona io non so quando cessasse questo costume per gli adulti, ma per gl'infanti, come veduto abbiamo, durava ancora verso il fine del XII Secolo. Per quanto spetta al costume di battezzare nella nostra Chiesa di S. Gio:, è da sapere che, poichè fu conceduto il Sacro Fonte da' Vescovi a moltissime altre Chiese anche nella Città, fu trasferito nella vicina Chiesa di S. Giorgio, detta volgarmente di Santa Elena; continuando però li Canonici a benedire il Sacro Fonte nella detta Chiesa di S. Giovanni colla presenza del Vescovo il Sabbato Santo, l'acqua benedetta poscia trasportando nell'altra di Sant' Elena.*

Della Chiesa di S. Gio: in Valle.

Alla detta Chiesa fu conceduto da Ognibene Vescovo di Verona il jus sopra alcune decime l'anno 1184; il Documento è nell'Archivio di questa Chiesa e del tenore seguente.

IN nomine Domini Dei æterni. Anno a nativitate Domini nostri Jhesu Xpi MCLXXXIV. Indictione secunda die Sabbati decimo intrante Novembri in Civitate Veronæ sub porticu domus Neroti Causidici in presentia Magistri Ugonis Præpositi Ravenæ, Domini Riprandi Archipresbiteri Majoris Veronensis Ecclesiæ, Præsbiteri Adelardi, Magistri Adriani Canonicorum supradictæ Majoris Ecclesiæ, Magistri Pedisaceti Canonici Majoris Brixiensis Ecclesiæ, & Majoris Ecclesiæ Tarvisii, Magistri Viberti, Presbiteri Nigri Sancti Sirii, Varimberti Subdiaconi Sancti Georgii, Rodulphi de Manducapane, Villielmi, Venturæ, Acordi, Zagnini, & aliorum. Ibique Dominus Omnebonum Dei Gratia Veronensis Episcopus nomine Offersionis concessit, & confirmavit, & donavit Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle omnia, ut inferius leguntur. Quoniam quidem Ecclesiam Dei usquequaque dilatare divina auctoritate compellimur, ut quæ nobis Pastoribus regendam committis, a nobis quoque augumentum suscepisse cognoscatur, & tum Cælestis Regni amplitudinem nobis a Summo Rege

omnes suprascriptas decimas, ut scriptum est in instrumento præmissæ Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle concedimus, confirmamus, atque tribuimus. Si quis autem erroris nebula obvolutus, vel ambitionis suæ, cupiditati suæ obtentu cecatus huic nostræ dispositioni obviare, hujusque nostri facti certitudinem abrumpere tentaverit, nisi recipiscat Divinæ, & nostræ indignationis pænam incurrat, & indissolubilis anathematis vinculo alligatus damnetur, Ecclesia vestra perenniter permanente. Hæc omnia supradicta, ut scriptum est in instrumento tribuimus, donamus, offerimus, atque confirmamus suprascriptæ Ecclesiæ Sancti Johannis in valle usque in perpetuum.

Actum fuit hoc in suprascripto loco.

Ego Bonavisa Domini Federici Romanorum Imperatoris Notarius interfui, & hanc cartulam rogatus scripsi &c.

Del 1204 *in certe cose sottrar volendosi li Preti di questa Chiesa dalla soggezione del Capitolo de' Canonici della nostra Cattedrale un litiggio s' accese, che solo nel* 1220 *fu terminato. Di questa controversia si conservano documenti nel citato Archivio che in quello de' Canonici non ci è stato possibile poter osservare. Da questi Documenti imparato abbiamo che i Preti della detta Chiesa chiamati dai Canonici in certi solenni giorni ad assistere a' Divini Officj nella Cattedrale eran tenuti intervenirci; e come all' opposto i Canonici la vigilia di S. Giovanni il Battista andavano alla medesima Chiesa* ad cantandum vigiliam; *onde s' impara, che se cantavano nelle Chiese loro soggette è molto più credibile che cantassero nella Cattedrale. In cui però alcuni più non cantano: che dal Collegio della Chiesa di S. Giovanni veniva eletto il proprio Arciprete, il quale era poscia da quello de' Canonici confermato: dall' istesso Collegio venivano eziandio eletti i Chierici, li Conversi, (i quali Conversi eran persone quasi Religiose e beneficiate) i Massari, i Sindici ec. Che i Chierici quando erano da promoversi a' Sacri Ordini venivano presentati al Vescovo dall' Arciprete de' Canonici della Cattedrale. S' impara oltre ciò, che il Vescovo solea intervenire nella detta Chiesa li* 24 *Giugno e* 27 *Dicembre a cantarvi la solenne Messa, a predicarvi, a scomunicare e a prosciogliere quelli che n' erano meritevoli. Tutte queste*

cose ed altre ancora s'imparano da' seguenti Costituti rilevati l'anno 1204 in occasione del litiggio insorto tra i Canonici della Cattedrale e i Preti e Chierici di S. Giovanni in Valle, superiormente accennato.

Ex Originali in membrana cal. XII. maz. 2. num. 2.

TEstes Canonicorum Majoris Veronensis Ecclesiæ, dati pro ipsa Majori Veronensi Ecclesia contra Clericos Sancti Johannis in Valle, pro ipsa Ecclesia Sancti Johannis ad publicandum.

Præsbiter Caratius juratus testis ad publicandum datus Interrogatus per Sacramentum: Domine ego dico per meum Sacramentum quod ego recordor a XL annis in circa, & vidi Archipresbiterum Gubertum qui fuit Archipresbiter de Domo, & vidi postea Archipresbiterum Manfredum qui fuit Archipresbiter de Domo, Dñum Uprandum qui fuit Archipresbiter de Domo, & Archipresbiterum Riprandum, Archipresbiterum Abrianum *, Archipresbiterum Widonem qui modo est & vidi Presbiterum Winicum qui fuit Archipresbiter Sancti Johannis in Valle, & Magistrum Tincam qui fuit Archipresbiter Sancti Johannis, Magistrum Gerardum Archipresbiterum, Magistrum Arditionem Archipresbiterum, & istum Augustinum, qui modo est Archipresbiter Sancti Johannis, & vidi illos de Sancto Johanne in Valle scilicet Clericos & Presbiteros Warientum, Manentum, Presbiterum Ambrosium, Rodulphinum, Presbiterum Odonem, Presbiterum Calvum, Augustinum venientes ad processionem cum Canonicis, quum Canonici mittebant pro eis, & vidi ipsos venientes in Pascha & in Natale, & in aliis festis principalibus ad Ecclesiam majorem ad Missam majorem sine precepto, & ad vigiliam Sanctæ Mariæ. Interrog. si veniebant per . . . . ℞. sic. Interrog. qualiter sciebat quod veniebant per . . . . ℞. quia vidi Presbiterum Ambrosium, & Presbiterum Odonem, Warientum, & Manentum, & Rodolphinum, & Augustinum venientes ad Ecclesiam majorem ad Missam sine precepto, & ego interrogavi Presbiterum Odonem ubi erat Archipresbiter, & Presbiter Odo respondit ipse est Domo, & predica nos nimis morabimur, & vidi Archipresbiterum de Domo, & Cano-

* Nota che questi or Abriano, ed or Adriano ne' Documenti s'appella.

nonicos firmantes Archipresbiterum Arditionem de Sancto Johanne & Clericos Sancti Johannis in Valle : & scio quod Dñus Augustinus non esset frater Ecclesiæ Sancti Johannis, nisi esset Canonica ; & vidi Presbiterum Ambrosium & Dñum Tincam & alios fratres Sancti Johannis in Valle facientes placitum pro una camera sub Archipresbitero majoris Ecclesiæ, & ipsum Archipresbiterum facientem eis rationem, & dico quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle est Ecclesia Canonicæ, & vidi Waribertum cooperire Ecclesiam Sancti Johannis in Valle pro Canonica, & ego qui eram canevarius Canonicæ mittebam ei pro Canonica vinum, & alia quæ erant sibi necessaria: & vidi Ardemanum, Bonumtempus, Johannem, Pastonum, qui fuerunt canevarii de domo mittentes panem & vinum Magistris, qui cooperiebant Ecclesiam Sancti Johannis in Valle: Interrog. qualiter sciebat quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle esset Ecclesia Canonicæ, ℞. quia ego vidi Archipresbiterum & Canonicos de Domo facientes confirmationem, & investituram, & refutationem Clericorum Sancti Johannis in Valle coram Episcopo, quando debebant venire ad ordinem, & vidi Presbiterum Ambrosium venientem ad Archipresbiterum de Domo rogantem eum, quod deberet mittere pro Clericis Sancti Johannis in Valle, & corrigere eos ut deberent honorifice & quiete stare ad officium in die Natalis, & in aliis festis : Interrog. de tempore quo Ma[illegible]tus fuit factor Ecclesiæ, ℞. non recordor quot anni sint : Interrog. de loco : ℞. in Claustro Canonicæ : Interrog. de presentia: ℞. ego, & de Canonicis, sed non recordor de nomine eorum, & dico quod vidi Episcopum Tebaldum, & Episcopum Omnebonum, & Episcopum Riprandum, & Episcopum Adelardum, qui modo est, & non vidi eos unquam habentes aliquam actionem in Ecclesia Sancti Johannis in Valle: & vidi Dominicum & Willielmum Clericos Sancti Johannis facientes placitum sub Archipresbitero Canonicæ, & scio quod Canonici pro onorantia dant Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle unum cereum & unam unciam incensi, & unam spallam de Castrono in festo Sancti Johannis, & finito festo id quod remanet de cereo datur Canonicæ: Interrog. si Ecclesia Sanctæ Mariæ in Domo est subjecta Episcopo tam in temporalibus quam in spiritualibus : ℞. Episcopus potest auferre Offitium Canonicis in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Domo,

mo, sed in Ecclesia Sancti Georgii non: Item Interrog. si scit, vel concedit quod huic Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Domo & Clericis ejus facta fuerit accessio Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle ab aliquo Episcopo. ℞. non: Item Interrog. si scit & vidit quod Episcopus excomunicat & excomunicare consuevit & absolvere Canonicos: ℞. non pro facto Canonicæ, sed scio quod Episcopus Omnebonum excomunicavit Tebaldum & Bernardinum Canonicos præcepto Domini Papæ, eo quia ipsi tenebant ab Octaviano. Item Interrog. si Canonici conveniunt, & sint soliti se convenire sub Episcopo in temporalibus & spiritualibus tanquam sub suo Judice: ℞. non pro facto Canonicæ quod sciam: Item Interrog. Si Canonici fecerint Statutum & Capitulum, quod non conveniantur sub Episcopo, sed sub Archipresbitero suo: ℞. nescio: Item Interrog. si vidit aliquem Canonicorum, quod dati testes in hoc facto portantem manicas laciatas, vel sub tellares laciatos vestes rubeas & virides, vel ludentem cum taxillis, vel ad cugulas, vel portantem arma interdicta a tribus annis citra: ℞. non quod sciam: Interrog. si Canonici diviserunt bona Ecclesiastica, & si manent divisi: ℞. sic pro debito domus suæ. Item Interrog. si scit, vel concedit, vel audivit dici, quod Episcopus qui pro tempore erat jam triginta, XL anni aufert offitium in Ecclesia Sancti Johannis in Valle Clerici & populo ipsius Parochiæ: ℞. sic quoniam abstulit offitium totæ Civitati, & Clericatus Veronæ fuit in hoc concors, & scio quod Episcopus nihil habet dicendum in illa Domo, quia vidi Archipresbiterum majoris Ecclesiæ & Canonicos confirmantes & representantes ad ordinandum Clericos Sancti Johannis in Valle. Item Interrog. si Episcopus qui pro tempore est venit in festivitate Sancti Johannis ad illam Ecclesiam Sanctis Johannis in Valle, & posuit ibi suam Cathedram, & celebravit ibi Divina: ℞. Episcopus Omnebonum, & Episcopus Riprandus iverunt ad cantandum Missam illuc, quia Archipresbiter majoris Ecclesiæ rogabat eos, ut deberent ire ad faciendum honorem festo, & iste Episcopus qui modo est venit, non quod habeat actionem in illa domo, sed vadit sicuti vadit ad Sanctum Johannem ad Fontes, & ad Sanctum Georgium, & ad alias Capellas. Item Interrog. si Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle libere faciunt electionem de Fratribus & Conversis jam sunt XL annis & plus sua auctoritate,

ritate,

ritate, & similiter tractant causas placita, Sindicos & Procuratores inter se sua auctoritate constituunt, vel vendunt, emunt, & Massarius & Canevarus ordinant, contractus faciunt de terris & domibus, & omnia hæc faciunt sua auctoritate irrequisitis Canonicis sine aliqua contradictione: ℟. sic: Item Interrog. si Episcopus Veronæ est judex ordinarius omnium Clericorum & Laicorum in spiritualibus suæ Diæcesis. ℟. ego concedo quod Episcopus Veronæ debet reddere rationem omnium Clericorum & Laicorum, qui sunt in Verona, & in suo Districtu: Interrog. super aliis Capitulis adversæ partis ℟. se nihil scire.

Dñus cantor juratus, & testis ad publicandum datus: Interrogat. per Sacramentum dixit: ego dico per meum Sacramentum quod ego recordor bene L annos, & eram solitus in illa Ecclesia, scilicet ab illo tempore in circa vidi Archipresbiterum Winicum, & Archipresbiterum Tincam, & Magistrum Gerardum, & Magistrum Arditionem, & istum qui modo est Archipresbiter, & omnes isti fuerunt Archipresbiteri Sancti Johannis in Valle, & vidi eos venientes ad Ecclesiam majorem in festis Pascalibus ad Missam majorem, & dicebant quod Ecclesia de Domo erat sua Domina, & Canonici tenebant Ecclesiam Sancti Johannis in Valle pro sua, & faciebant ipsam cooperiri pro sua, & non sunt adhuc VII anni quod fecerunt eam cooperiri. Interrog. qualiter sciebat quod Canonici faciebant eam cooperiri pro sua: ℟. quia jam sunt XL annis quod visum habeo quod Canonici faciunt eam cooperiri quando est necesse, & dico quod Clerici Sancti Johannis in Valle, quando volunt facere ordinationem veniunt ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & dicunt nos volumus quod isti debeant venire ad ordinem, oportet quod representetis eos, & faciatis eos ordinare, & dico quod audivi Presbiterum Ambrosium, & Archipresbiterum Tincam, & quod audivi Presbiterum Odonem dicentes quod Archipresbiter majoris Ecclesiæ ibat quandoque ad Ecclesiam Sancti Jo: in Valle tanquam ad suam Ecclesiam, & ipsi recipiebant eum tamquam suum Dominum, & ipse stabat ibi duobus diebus, & tribus, & IIII & si erat discordia inter eos, sedebat inter eos sicut in ter suos Clericos, & vidi Archipresbiterum majoris Ecclesiæ investire Magistrum Arditionem, qui fuit Capellanus Dñi Episcopi, & propterea fecit facere Archipresbiterum

terum Sancti Johannis in Valle super Archipresbiteratu cum libro & stola, sicuti alii Archipresbiteri investiuntur: Interrog. de loco in quo vidit dictum Magistrum Arditionem ita investiri de Archipresbiteratu cum libro & stola: ℞. non recordor si fuit in Ecclesia, vel sub porticalia: Interrog. de presentia: ℞. major pars Canonicorum, & etiam Laici multi, & Presbiter Caratius. Interrog. de tempore: ℞. non recordor. Interrog. si Episcopus habet potestatem interdicendi offitium Sanctæ Mariæ in Domo, & Clericis & Canonicis ipsius Ecclesiæ: ℞. sic, si in illa Ecclesia faciunt quod debeat interdici. Item Interrog. si Episcopus habet potestatem interdicendi eis beneficium: ℞. non. Item Interrog. si fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle libere faciunt electionem de Fratribus & Conversis jam triginta XL annis & plus sua auctoritate, & similiter si tractant causas & placita, & Canevarios, & Massarios, & Sindicos & Procuratores constituunt, & si libere emunt, vendunt, & contractant de terris, & domibus, & hæc omnia faciunt sua auctoritate irrequisitis Canonicis & sine aliqua contradictione: ℞. bene concedo quod sic. Item Interrog. si sonus & fama est quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle sit plebs: ℞. sic. Item Interrog. si Episcopus Veronæ sit Judex Ordinarius omnium Clericorum, & Laicorum in spiritualibus suæ Diæcesis: ℞. nescio ire post istud verbum. De omnibus aliis Capitulis adversæ partis Interrog. ℞. se nihil scire.

Presbiter Paltonerius juratus & testis ad publicandum datus. Interrog. per Sacramentum dixit: Ego dico per meum Sacramentum quod recordor bene L annos & plus, & vidi Archipresbiterum Manfredum, & Dñum Uprandum, & Dñum Riprandum, & Magistrum Adrianum, & Magistrum Vidonem, qui fuerunt Archipresbiteri majoris Ecclesiæ Veronæ, & vidi Archipresbiterum Winicum, qui fuit Archipresbiter Sancti Johannis in Valle, & venit, & Archipresbiter Uprandus dicens Dñe Frater tu venisti de Salezole huc, & vis accipere Ecclesiam Sancti Johannis in Valle: ego faciam te reduci illuc, & faciam te stare ut debes, & ille Presbiter Winicus venit paratus cum suis Fratribus, & stetit ad voluntatem Archipresbiteri & Capituli majoris Ecclesiæ. Interrog. qualiter sciebat quod Presbiter Winicus cum suis Fratribus stetit ad voluntatem Archipresbiteri & Capituli majoris Ecclesiæ. ℞.

bene

bene ſcio, quia eram ibi. Interrog. de preſentia: ℞. multi & multi erant ibi, ſed eorum nomina non recordor: Interrog. de tempore: ℞. mihi videtur quod erat in . . . . vel . . . . Interrog. de loco: ℞. in Clauſtro Canonicæ, & ſcio quod ego, & Presbiter Vivianus, qui fuit Presbiter majoris Eccleſiæ venit in quodam Sabato Sancto ad Sanctum Johannem in Valle ad batizandum, & cum batizaverunt ſurſum ad altare ad accipiendum cereum, quem portaveramus nobiſcum, & quidam Clericorum Sancti Johannis venit, & voluit accipere cereum, & Presbiter Vivianus dixit: quid eſt hoc? nonnè eſt Eccleſia Sancti Johannis noſtra, & ille reſpondit ſic eſt, & Presbiter Vivianus dixit quare vultis accipere cereum, & ille reſpondit nos volebamus quod Eccleſia Sancti Johannis haberet onorem de eo, & Presbiter Vivianus dixit tantum habet Eccleſia Sancti Johannis de illo de Canonica, ſic poteſt ſe abſtinere ab hoc, & dico quod Segnoribus & Willia rogaverunt Presbiterum Petrum, qui fuit Canonicus majoris Eccleſiæ, & ipſe Presbiter Petrus, & Presbiter Vivianus cum Archipresbitero majoris Eccleſiæ, & aliis Canonicis tantum fecerunt, quod Presbiter Odo fuit poſitus in Eccleſia Sancti Johannis in Valle, & dico quod Archipresbiter Riprandus majoris Eccleſiæ venit quadam vice ſub porticella quæ eſt ante Eccleſiam Sancti Georgii, & Canonici interrogaverunt eum quomodo feciſtis, & ille reſpondit: bene, illi de Sancto Johanne in Valle multum defendebant quod ſe nolebant recipere Rodulfinum, ſed tantum fecerunt quod receperunt eum pro nobis, & pro Eccleſia de Domo, & dico quod ego eram quadam vice in Eccleſia Sancti Georgii in Domo cum Archipresbitero Adriano, & Presbiter Calvus, & Presbiter Odo cum aliis multis hominibus venerunt ibi, & Presbiter Adrianus rogabat eos ut reciperent Auguſtinum, & ipſi nolebant recipere eum, & Archipresbiter Adrianus dixit vos non vultis eum recipere, certe vos recipietis eum abſque veſtra voluntate, & ipſi propterea iverunt, & receperunt eum neſcio qualiter, quia non fui ubi recepiſſent eum, & dico quod ſcio quod quadam vice erant ita pauci Canonici in Canonica, quod non erant numero XI, & de illo abierant num. VII per Viviani breve; nos ſumus nimis pauci mittamus pro Capellanis noſtris, & ſic miſerunt ad Sanctam Ceciliam, & ad Sanctum Johannem in Valle, & fecerunt venire de illis de San-

cta Cecilia, & de illis de Sancto Johanne in Valle, & steterunt ibi pro suis Capellanis dum fuit voluntas Canonicorum. Interrog. qualiter sciebat quod Canonici miserunt pro illis de Sancto Johanne, & quod illi de Sancto Johanne venerunt, & steterunt ibi dum fuit voluntas Canonicorum? R. quia vidi Canonicos mittentes, & illos de Sancto Johanne stantes ibi, & dico quod vidi Presbiterum Winicum, Presbiterum Ambrosium, & Archipresbiterum Tincam, & alios venientes ad Canonicam in Nativitate & in Epyphania, & in Sancta Maria Cereali, & in aliis festis principalibus ad Missam majorem ipsius Canonicæ. Interrog. qualiter sciebat quod illi de Sancto Johanne veniebant ad Ecclesiam majorem tanquam Capellani ipsius majoris Ecclesiæ. R. quia ego & alii dicebamus: Ecce Capellanos majoris Ecclesiæ, de Sancto Johanne in Valle, & dico quod vidi illos de Sancto Johanne venientes ad Ecclesiam majorem, & euntes cum Canonicis pro suis Capellanis per Civitatem ad lætanias, & in festivitate Sancti Zenonis iverunt cum Canonicis cum processionibus, & scio quod Presbiter Winicus, & Presbiter Ambrosius venerunt ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & conquerebant de fratribus suis, & Archipresbiter Canonicæ mittebat pro eis, & si poterat eos concordare concordavit, sin autem ibat ad Ecclesiam Sancti Johannis in Valle, & illuc concordabat eos, & cum revertebatur Canonici interrogabant eum quomodo fecistis, & ille respondit: bene, quia non oblitus sum Capellanos nostros, & scio quod multoties vidi Presbiterum Tincam, & Presbiterum Calvum, & Presbiterum Odonem & alios Clericos illius Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle ad invicem venire ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & rogabant eum dicentes: care Domine Ecclesia Sancti Johannis in Valle est membrum & capella Canonicæ, pro amore Dei pone osculum in ea, & Archipresbiter majoris Ecclesiæ mittebat pro illis de Sancto Johanne, & ponebat in ea illud osculum quod placebat eis, & quando poterat, & si illi non veniebant ad Ecclesiam majorem, ipse ibat illuc, & mittebat illud osculum quod conveniebat, & quando revertebat interrogabatur qualiter fecerat, & ille respondit: bene, quia bene recordavi mihi Domum nostram, & Capellam majorem, & dum ipsi Clerici Sancti Johannis in Valle eligebant aliquem in Archipresbiterum, ipsi veniebant ad Archipresbite-

rum Canonicæ, & dicebant : nos eligemus talem & talem in Archipresbiterum, confirmate eum, & ipse confirmabat eum, & investiebat eum de Archipresbiteratu Sancti Johannis, & similiter faciebat de Clericis, & dico quod vidi Canonicos ire in Vigilia Sancti Johannis ad Sanctum Johannem ad cantandum Vigiliam sicut ad suam Capellam, & in festo Sancti Johannis si volebant ire, illi de Sancto Johanne bene recipiebant eos sicut suos Dominos: Interrog. qualiter sciebat quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle sit Capella Canonicæ, & quod Canonici sint Domini illorum de Sancto Johanne in Valle. ℞. quia semper audivi dicere. Interrog. si Ecclesia Sanctæ Mariæ quæ dicitur major Ecclesia & Domus est subjecta Episcopo in temporalibus & spiritualibus. ℞. in temporalibus nihil habet, in spiritualibus Domine ego nunquam vidi aliquem Canonicum facientem ei obedientiam. Interrog. si Episcopus habet potestatem interdicendi Officium Canonicæ, & Canonicis ipsius Ecclesiæ: ℞. ego audivi dici quod potest interdicere Officium Canonicis in Canonica, scilicet in Ecclesia Sancti Georgii. Item Interrog. si potest interdicere eis beneficium: ℞. non. Item Interrog. si scit vel audivit dici quod jam triginta XL anni quod Episcopus qui pro tempore est aufert offitium in Ecclesia Sancti Johannis in Valle & Clericis & Populo ipsius Parochiæ, & si excomunicat, & excomunicare consuevit eos & absolvere. ℞. nescio. Interrog. si scit, vel concedit, vel sonus & fama est, quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle habet jus decimationis & Battismum ab Episcopo: ℞. nescio si habet Battismum ab Episcopo vel a Canonicis; de jure decimationis audivi dici, quod Massarius Hospitalis (a) Sancti Andreæ investivit eam per parabolam Archipresbiteri de Domo, & Episcopi. Item Interrog. si Canonici diviserunt bona Ecclesiastica inter se, & si manent divisi: ℞. quædam diviserunt, & quædam non, & Canonicorum quidam stant tres insimul, & quidam duo, & quidam stat solus. De omnibus aliis capitulis adversæ partis Interrog. ℞. se nihil scire.

Doñus Alemanus juratus, & testis ad publicandum datus: Interrog. per Sacramentum dixit: Ego dico per meum Sacramentum quod Doñus Augustinus, qui fuit electus in Archi-

Pp 2 pres-

(a) Ospitale di Santo Andrea di Verona.

presbiterum Sancti Johannis in Valle venit cum Odolrico, & Wilkelmo, & Dominico ad Archipresbiterum Canonicæ, & Presbiter Calvus qui cum eo erat dixit quod confirmaret electionem Dñi Augustini, quia elegerant eum in Archipresbiterum, & Archipresbiter majoris Ecclesiæ confirmavit eum, & propterea misit pro libro & stola, & volebat eum investire, & Dñus Augustinus dixit ego non faciam istud, & Dñus Clarimbaldus dixit Archipresbitero cassate illud quod fecistis, & Archipresbiter dixit ego casso & interdico vobis administrationem, & ille appellavit, & dico quod vidi illos de Sancto Johanne Presbiterum Calvum, Presbiterum Ododem, & Magistrum Arditionem venire ad Ecclesiam majorem ad Missam in festis principalibus & in Letaniis, & dico quod vidi Magistrum Arditionem qui venit ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & dixit ei venite ad Ecclesiam & disponite domum vestram, & Archipresbiter ivit illuc, & concedo quod dedit ei claves, & ille propterea reddidit ei, & aliud dixit se nescire de hac lite.

Magister Albericus juratus. & testis ad publicandum datus. Interrog. per Sacramentum dixit: ego dico per meum Sacramentum, quod bene sunt L anni & plus quod vidi & audivi quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle subest Canonicæ Veronæ, & vidi quod Canonici vocant illos de Sancto Johanne ad sua festa & ad processiones, sicuti vocant alios suos Capellanos, & illi venerunt, & visum habeo & auditum, quod Archipresbiter Riprandus qui fuit pro eo tempore accepit Presbiterum Ambrosium de Sancto Johanne, & posuit illum ad Sanctam Ceciliam. Interrog. si Archipresbiter Riprandus posuit Presbiterum Ambrosium voluntate ipsius Presbiteri Ambrosii, & suorum Fratrum ad Sanctam Ceciliam: R. nescio, sed concedo quod posuit eum ibi sicut suum Clericum, & scio quod Archipresbiter Wido investivit Magistrum Arditionem de Archipresbiteratu Sancti Johannis in Ecclesia Sancti Georgii cum libro & stola ubi ego & multi alii eramus, & scio quod recordor a L annis in circa, quod ego eram invitatus ad Vigiliam Sancti Johannis, & cum cantabamus vestros homines, ceperunt dicere festinate, quia Canonici veniunt ad cantandum Vigiliam, & recordor quod Archipresbiter Gilbertus, qui erat Archipresbiter Canonicæ abstulit Ecclesiam cuidam Marco Surdo, qui erat Clericus

Sancti Johannis, & propterea reddidit ei Ecclesiam, & dico quod Clerici Sancti Johannis debent ordinari, & presentari Archipresbitero majoris Ecclesiæ, & ipse representat ad ordinandum, & dico quod vidi multoties quod Clerici de Sancto Johanne in Valle venerunt ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & conquesti fuerunt sub eo de discordiis quas habebant insimul. Interrog. de loco in quo videbat eos ita conqueri: ℞. sub porticallia Sancti Georgii. Interrog. qui fuerint illi quos vidit ita conqueri sub Archipresbitero majoris Ecclesiæ: ℞. Wuarientum, & Muscardum. Interrog. de tempore: ℞. a L annis in circa. Interrog. de presentia: ℞. non recordor, & scio quod Presbiter Odo aliquoties venit ad Archipresbiterum majoris Ecclesiæ, & rogabat eum ut poneret Odolricum in Ecclesia Sancti Johannis. Interrog. qualiter sciebat hoc: ℞. quia videbam eum, & ipse Presbiter Odo dicebat mihi, & audivi dici quod Archipresbiter majoris Ecclesiæ faciebat cooperiri Ecclesiam Sancti Johannis in Valle pro sua Ecclesia sicut faciebat cooperiri Sanctam Ceciliam, & Sanctum Clementem. Interrog. si Episcopus habet potestatem interdicendi Offitium Canonicæ, & Clericis ipsius Canonicæ: ℞. concedo quod potest eis interdicere Offitium in Canonica scilicet in Sancto Georgio, non autem potest interdicere eis beneficium. Interrog. si vidit Episcopum ire in festivitate Sancti Johannis in Valle ad illam Ecclesiam, & ponere ibi Cathedram suam, & celebrare ibi divina: ℞. sic. Item Interrog. si sonus, & fama est quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle sit subjecta Episcopo in spiritualibus: ℞. ego concedo quod sit subjecta Episcopo in hoc quod recipit ordines ab eo. Item Interrog. si Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle libere faciunt electionem de Fratribus & Conversis jam sunt XL anni & plus sua auctoritate, & tractant causas, & placita, & Sindicos, & Procuratores costituunt, libere vendunt, emunt, Massarios & Canevarios ordinant, contractus faciunt de terris & domibus, & omnia hæc faciunt sua auctoritate irequisitis Canonicis, & sine aliqua contradictione: ℞. sic si bene faciunt, & si male faciunt Archipresbiter Canonicæ habet potestatem revocandi. Item Interrog. si sonus & fama est quod Ecclesia Sancti Johannis sit plebs: ℞. sic. Item Interrog. si Episcopus Veronæ est Judex ordinarius Omnium Clericorum, & Laicorum suæ Dyocesis in spiritualibus: ℞. ego con-

concedo quod sic. De omnibus aliis capitulis adversæ partis Interrog. R. se nihil scire.

Doñus Bonsignorius Archipresbiter S. Stephani, juratus, & testis ad publicandum datus: Interrog. per Sacramentum dixit: ego dico per meum Sacramentum, quod audivi & intellexi bene sunt XX anni, quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle est Canonicæ, & dico quod sunt XX anni & plus, quod visum habeo Fratres Sancti Johannis in Valle venire in solemnitatibus ad Canonicam ad Missam majorem sicut suos Clericos & suos Capellanos, & in letaniis, & similiter vidi eos euntes cum Canonicis sicut suos Clericos tonicales. Interrog. qualiter sciebat quod Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle veniebant in solemnitatibus ad Canonicam ad Missam majorem sicut sui Clerici & sui Capellani? R. quia quando veniebant, & alii Capellani non veniebant Ego eram inter Clericos, & dicebatur quidem quod isti veniunt ita, & alii dicebant quia sunt nostri Capellani speciales, & scio quod Presbiter Odo venit quadam vice solus, & dixit Archipresbitero Canonicæ: Domine nolite habere pro malo, nos non potuimus venire, quia sumus impediti, certe non stetimus pro superbia, neque pro malevolentia. Interrog. de loco in quo Presbiter Odo ita dixit: R. in Domo. Interrog. de tempore: R. a duobus annis citra. Interrog. de presentia: R. Ego & Archipresbiter, & alii, de quibus non recordor, & scio quod Magister Ardition cum aliis suis Fratribus elegit Dominicum & Willielmum in suos Fratres, & venit aliquibus vicibus ad Archipresbiterum ut confirmaret eos in suos Clericos, & Ego quandoque allegando pro eis, dicebam Archipresbitero ut confirmaret eos & Presbiter Odo & Odolricus dicebant quod electio eorum non erat legitima, unde resistebant ne Archipresbiter confirmaret eorum electionem, & sic contendendo Willielmus, & Dominicus cum Presbitero Odone, & Odolrico inceperunt placitum sub Archipresbitero tamquam sub suo Judice Ordinario, & testes hinc inde fuerunt producti. Interrog. qualiter sciebat quod inceperunt placitum sub Archipresbitero tanquam sub suo Judice Ordinario: R. quia ipsi dicebant: Domine nos volumus quod cognoscas de hoc sicut homo cui spectat istud. Interrog. qui fuerunt illi qui dicebant ita Archipresbitero: R. fuit Archipresbiter Ardition, & scio quod Boverius convicinus Sancti Johan-

hannis dicebat quod filius suus erat electus in Fratrem Sancti Johannis, & proprio motu & spontanea voluntate posuerat eum tanquam in possessione illius Domus, ut dicebatur quod Fratres Sancti Johannis venerunt ad Archipresbiterum tanquam ad suum Dominum, & dixerunt filius Boverii ita ascendit in Domo nostra, confirmasti eum, & Archipresbiter respondit: confirmavi, sed non fuit in presentatione, & illi dixerunt: venite & defendite Domum vestram. Interrog. qualiter sciebat quod Fratres Ecclesiæ S. Johannis venerunt ad Archipresbiterum tanquam ad suum Dominum: R. quia ipsi dicebant: care Domine confirmasti filium Boverii, si non confirmasti eum Domus est vestra, venite & defendite eam. Interrog. si Archipresbiter expulit filium Boverii de illa Domo: R. non quod sciam. Interrog. si Episcopus expulit eum: R. Ego audivi dici, quod Episcopus misit dicendo quod excomunicarent eum, & illos qui non discederent de illa Domo, & sic pro una & pro alia operaverunt tamen nescio quomodo, & scio quod Archipresbiter Canonicæ vocavit Fratres Sancti Johannis sicut suos Clericos speciales, & admonuit eos ut reciperent Archipresbiterum ad certum tempus, & si non reciperent Archipresbiterum ad illud tempus, ipse daret eis Archipresbiterum, & ad tempus constitutum venerunt cum vicinis suis dicentes: Domine nos elegimus Dominum Augustinum, confirmate eum in Archipresbiterum: Archipresbiter dixit; habet Instrumentum electionis, & concedo quod ostendatur ei, & ipse dixit: date nobis locum, & habebimus consilium, & ipsi secesserunt, & ipse habuit consilium confirmandi eum, & vocavit eos, & dixit: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen, auctoritate mea & Capituli Veronensis Ecclesiæ si justa & Canonica facta est electio laudo & confirmo eam, & Archipresbiter accepit Librum, & voluit investire eum de temporalibus, & spiritualibus, & Dñus Augustinus dixit de temporalibus bene recipio Investituram, & paratus sum eam recipere: de spiritualibus non concedo quod debeam recipere investituram de manu vestra, & Dominus Claribaldus dixit Archipresbitero cassate illud quod fecistis, & Dñus Augustinus dixit: Ego apello, & Archipresbiter dixit: Ego nolo cassare hoc quod feci, sed interdico tibi administrationem, & Dñus Augustinus iterum dixit: Ego apello; & scio quod illi de Sancto Johanne in Val-

Valle multoties venerunt ad Archipresbiterum tanquam sui Clerici, & rogaverunt eum & quosdam alios Canonicos, ut deberent inducere Archipresbiterum ad hoc ut presentaret quosdam suos Fratres ad ordines suscipiendos, dicendo quod non poterat per se hoc facere, tandem venit, itaque Archipresbiter presentavit eos per quosdam suos Canonicos, & præcepit eis ne facerent obedientiam Episcopo, quia ipsi pertinebant ad eum nullo medio, & ipsi dixerunt: Nos custodiemus nos secundum quod poterimus, & vidi Instrumentum factum per manum Bonaconsæ Notarii, in quo continebatur, quod antecessor istius Augustini receperat confirmationem de Archipresbiteratu de manu Archipresbiteri Majoris Veronensis Ecclesiæ, & Investituram tam temporalium quam spiritualium recepit de manibus Archipresbiteri Majoris Veronensis Ecclesiæ. Interrog. si Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ dicitur Major Ecclesia & Domus si est subjecta Episcopo tám in temporalibus, quam in spiritualibus: ℞. Ego audivi dici quod subjesta est Episcopo in spiritualibus, & audivi dici quod Offitium Hostiariorum & luminaria pertinent ad Episcopum & ad Canonicos, & temporalia Cantoriæ, & bibliotechariæ, & arcariæ, & segregariæ pertinent ad Episcopum, & ad Canonicos. Interrog. si Canonici diviserunt bona Ecclesiastica, & si manent divisi: ℞. sic. Interrog. si Episcopus qui pro tempore est vadit ad Ecclesiam Sancti Johannis in Valle in festivitate Sancti Johannis, & ponit ibi cathedram, & celebrat ibi Divina Officia: ℞. Ego audivi dici quod sic. Item Interrog. si Episcopus consuevit ordinare Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle præsentibus Canonicis, & non contradicentibus, & Episcopo exigente ab ipsis obedientiam, & ipsos ei eam facientes: ℞. sic secundum quod dixi supra de presentatione & ordinatione, sed non vidi eos facientes obedientiam, sed credo quod sic fecerunt quondam. Item Interrog. si sonus & fama est, quod Ecclesia Sancti Johannis habet jus decimationis, & Batismum ab Episcopo: ℞. Ego audivi dici quod habet ab Episcopo, & Canonicis. Item Interrog. si scit quod Clerici Sancti Johannis libere faciunt electionem de Fratribus & Conversis jam sunt XL anni & plus sua auctoritate, & similiter tractant causas & placita, & Sindicos, & Procuratores inter se sua auctoritate constituunt, & Massarios, & Canevarios ordinant, contractus faciunt de terris & do-

domibus, & omnia hæc faciunt irrequisitis Canonicis, & sine aliqua contradictione: R. bene concedo quod faciunt hæc omnia irrequisitis Canonicis, & sine aliqua contradictione a XX annis in circa, sed a XX annis superius concedo quod non faciebant irrequisitis Canonicis, & concedo si modo male peragerent hæc omnia, Canonici non sustinerent, nec dimitterent hæc facere.

Die XIIII Intrante Augusto in Ecclesia Sancti Jacobi ad pignam in presentia Magistri Magnini & Otonelli Clericorum S. Stephani, & Bonifacini Notarii de Cologna. Ibique Presbiter Caratius, Dñus Cantor Canonicus, Presbiter Paltonerius, Dñus Alemanus Canonicus, Magister Albericus de Sancto Firmo ad Curtem Altam, & Dñus Bonsegnorius Archipresbiter Sancti Stephani & Canonicæ Veronæ jurati, & testes ad publicandum dati a Domino Widone Archipresbitero Canonicæ Veronæ pro ipsa Canonica contra Dñum Augustinum Archipresbiterum Sancti Johannis in Valle pro ipsa Ecclesia Sancti Johannis in lite quæ vertit inter ipsos Archipresbiteros pro ipsis suis Ecclesiis coram Dominis Lafrancho Archipresbitero Sancti Petri in Castello, & Protoclerico ejusdem Ecclesiæ, & Compagnono Clerico Sancti Sebastiani Judicibus Delegatis.

Anni Domini Millesimi Ducentesimi Quarti Indictione VII.

Ego Zeno Notarius eorum juramento interfui, & eorum testificata rogatus scripsi, & in formam publicam redegi.

Anche per parte dell'Arciprete di S. Giovanni in Valle erano stati testimonj esaminati, onde in altro rotolo nell'istesso Archivio si hanno li seguenti Costituti negli Atti dell'istesso Notajo Zenone.

Die IV Augusti MCCIV.

Ommissis.

DOminicus Clericus Sancti Johannis in Valle juratus & testis ad publicandum ab Archipresbitero Sancti Johannis in Valle.... contra Archipresbiterum majoris Ecclesiæ

pro ipsa majori Ecclesia interrogatus per Sacramentum dixit: Ego dico per meum Sacramentum quod ego vidi cartas per manum Notarii factas, in quibus continetur, quod Episcopus dedit Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle, & Ecclesiæ Sancti Petri Baptismum, & jus decimandi, & quod Ecclesia Sancti Johannis est Plebs, & dico quod baptizat per totum annum cum est necesse, & dico quod Ecclesia Sancti Johannis est Ecclesia collegiata, & habet Archipresbiterum, Presbiteros, & Clericos, & in illa vidi Archipresbiteros, scilicet Gerardum, Arditionem, & ipsum qui modo est; & dico per meum Sacramentum quod audivi Presbiterum Calvum & Presbiterum Odonem dicentes quod usi sunt in Ecclesia Sancti Johannis jam sunt XL anni & plus, & fecerunt Canevarios, & Massarios, & vendiderunt, & emerunt, & locaverunt in perpetuum, & ad tempus, & fecerunt Placita, & defenderunt Placita in Curia Comunis & in Curia Episcopi Veronæ, & dispofuerunt, ordinaverunt, tractaverunt res Ecclesiæ Sancti Johannis libere sine requisitione alicujus Canonici, & alicujus Archipresbiteri Canonicæ, & sine contentione Canonicorum, & Archipresbiteri Canonicæ; & audivi Presbiterum Calvum, & Presbiterum Odonem dicentes quod Episcopus excomunicavit eos ideo quod iverant ad corpus cujusdam excomunicati, & postea absolvit eos; & audivi eos dicentes quod Episcopus consecravit Ecclesiam Sancti Johannis, & quod abstulit Ecclesiam Manento, ideo quod idem Manentus abstulerat duos porcos eidem Ecclesiæ, & auidivi eos dicentes quod sui antecessores, & ipsi Presbiter Odo, & Presbiter Calvus, & Dominus Augustinus, & Dominus Odolricus fecerunt obedientiam Episcopo, & Episcopus fecit eos Clericos, & ordinavit eos; & audivi eos, scilicet Presbiterum Calvum, & Presbiterum Odonem dicentes, quod Episcopus consuevit venire in Festo Sancti Johannis de Junio, & in Festo Sancti Johannis a Natale ad Ecclesiam Sancti Johannis in Valle, & cantare ibi Missam solempniter, & prædicare, & excomunicare illos, qui essent excomunicandi, & absolvere, & dicunt ipsi Presbiter Odo, & Presbiter Calvus, quod soliti sunt conveniri sub Episcopo, & quod Ecclesia Sancti Johannis subjacet Episcopo in spiritualibus; & dico per meum Sacramentum, quod Odolricus dicit quo tempore fecit placitum de denariis quos Bonesine petebat ei sub Episcopo Adelardo, & Dominus Clarim-

rimbaldus Canonicus adjuvabat eum de illo Placito, & ego met vidi quod Dominus Clarimbaldus adjuvabat eum. Interrogatus de loco, in quo vidit Odolricum facientem Placitum cum Bonefine, de quo Dominus Clarimbaldus adjuvabat eum, ℞. in Palatio Episcopi: Interrog. de præsentia, ℞. multi erant ibi, sed nomina eorum non recordor: Interrog. de tempore, ℞. non recordor, sed bene scio quod fuit a VII annis in circa, & dico quod ego, & Dominus Augustinus, & Willielmus, & Icerinus, & Dominus Petrus, & multi alii erant in Palatio Episcopi coram Episcopo, & Boverius conquestus fuit ibi de Odolrico Clerico Sancti Johannis in Valle, & Episcopus condepnavit illum Odolricum illi Boverio in quinquaginta Sol., & præcepit Odolrico quod deberet dedisse illi Boverio 50 Sol. ad unum terminum. Interrog. de tempore, ℞. a tribus annis in circa, & dico per meum Sacramentum quod Dominus Augustinus, & Odolricus, & ego cum eis ivimus ad Dominum Episcopum in Vigilia Natalis nuper præteriti fuit unus annus, & diximus ei quod deberet ponere consilium in facto filii Boverii, quia positus erat in Domo nostra per Laicos, & sine nostra voluntate, & Episcopus præcepit nobis sub pæna excomunicationis ne faceremus Officium donec filius Boverii staret ita in Domo nostra, & nos stetimus, quia non fecimus officium dum ipse filius Boverii stetit ibi. Interrog. de præsentia cum dictus Bonsegnorius nuntius Episcopi præcepit eis ne facerent officium donec filius Boverii staret in domo eorum, ℞. ego & Frater meus, & Montebellus, & multi alii. Interrog. ubi erat dictus Bonsegnorius cum eis præcepit ita, ℞. in ponticello Domus nostræ, & dico per meum Sacramentum, quod Dominus Augustinus Archipresbiter Sancti Johannis duxit me, & Willielmum ad Archipresbiterum Ecclesiæ majoris, & dixit nos volumus quod isti debeant ordinari, & Archipresbiter majoris Ecclesiæ dixit Magistro Alberto, & Archipresbitero de Sancto Bonifacio quod deberent nos representare Episcopo Veronæ ad ordinandum, & ipsi representaverunt nos.

Costituto del Prete Odone.

Ommissis.

JAm sunt XL anni, & plus quod vidi Episcopum Omnebonum consecrantem Ecclesiam Sancti Johannis in Valle; &

& dico quod sunt XL anni, & plus quod vidi Episcopum solepniter cantantem Missam, & predicare populo in Ecclesia nostra, & hoc in Nativitate Sancti Johannis Baptistæ, & circa XL annos vidi ipsum Episcopum celebrantem Missam multoties in suprascripta Ecclesia nostra in festivitate Sancti Johannis Baptistæ, similiter vidi Episcopum Adelardum multoties cantantem Missam in nostra Ecclesia in festivitate Sancti Johannis Baptistæ, & in festivitate Sancti Johannis Evangelistæ solepniter.

Costituto di Montebello scritto li 14 Agosto 1204 negli Atti soprascritti.

Ommissis.

Interrogatus per Sacramentum dixit: Ego dico per meum Sacramentum quod vidi cartas vetustas factas per manum Notarii jam sunt XL anni, & plus, & dico per meum Sacramentum in quibus continetur quod Ecclesia Sancti Johannis in Valle est Plebs. & dico per meum Sacramentum quod vidi in Ecclesia Sancti Johannis in Valle Archipresbiteros scilicet Archipresbiterum Tincam, & Archipresbiterum Gerardum, qui modo est Presbiter Sancti Georgii, Archipresbiterum Ardicionem, & istum qui modo est, scilicet Archipresbiterum Augustinum, & quod vidi in ea baptizare in utroque Sabbato Sancto, & per totum annum quando est necesse, et quod sonus et fama est quod est Plebs, pro quibus rebus firmiter intelligo quod est Plebs, et dico quod Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle habent jus decimationis, et Baptismum ab Episcopo. Item interrog. qualiter sciebat quod Fratres Sancti Johannis in Valle habent jus decimationis, et Baptismum ab Episcopo: ℟. quia vidi cartas in quibus continetur quod Episcopus investivit eos de decima, at præcepit eis quod facerint Baptismum. Interrog. qui fuit ille Episcopus qui investivit eos de decima: ℟. Episcopus Omnebonus, et Episcopus Adelardus. Interrog. qui fuit ille Episcopus qui præcepit eis quod facerent Baptismum: ℟. ego credo quod Episcopus Omnebonus, et Episcopus Adelardus præcepit eis quod facerent Baptismum. Et dico quod audivi Presbiterum Calvum, et Presbiterum Odonem dicentes, quod usi sunt in Ecclesia Sancti Johannis in Valle jam sunt XL anni, et plus, et quod audiverunt a suis majoribus, quod Fratres Ecclesiæ San-

Sancti Johannis in Valle soliti sunt facere electiones Archipresbiterorum, Presbiterorum, et Clericorum, et vendere, et emere, disponere, ordinare, tractare bona illis Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle bono modo sine contradictione alicujus hominis, et dico quod vidi Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle facientes electionem Archipresbiteri Augustini, et vendere, emere, locare perpetuum, et ad tempus, et facere Canevarios, et Massarios, et disponere, ordinare, tractare bona illius Ecclesiæ sine contradictione alicujus. Item Interrog. si Clerici Sancti Johannis in Valle vadunt, et soliti sunt ire in præcipuis solepnitatibus et in Letaniis ad Ecclesiam majorem, ad Missam, et ad Vesperas: ℞. ipsi vadunt secundum quod vadunt illi de Sancto Faustino, et de Sancto Stephano, et de Sancto Petro, et non scio quod vadant per condicionem.

Il resto di questi esami si ommettono in grazia della brevità. Non fu però terminata questa differenza se non se del 1220, come dalla seguente decisione seguita a favore de' Canonici della Cattedrale rilevasi.

Die quinto decimo intrante Octubri in Ecclesia Sanctæ Anastasiæ Veronæ in præsentia Lacoberti Notarii, Marci Canevarii Canonicorum, Domini Viviani Fratris Sancti Nicolai, Bonifacini, & Viviani, & Vendrini Clericorum Sanctæ Anastasiæ, & Justiniani Fratris Sancti Sebastiani & Ernigeri Notarii testibus rogatis.

Ibique Dominus Petrus Canonicus Sancti Petri de Castello per presentem parabolam Domini Lanfranchi Archipresbiteri dicti Sancti Petri, & Intrinsecæ Congregationis Veronæ, & Domini Bonsegnorii Canonici Sancti Sebastiani, pro voluntate partium talem in scriptis protulit Sententiam sic dicens.

Nos Lanfrancus Sancti Petri de Castello, & Intrinsecæ Congregationis Veronæ Urchipresbiter, & Compagnonus Sancti Sebastiani Diaconus, & Sancti Johannis in Valle Archipresbiter, atque Petrus dicti Sancti Petri Subdiaconus volentes, & cupientes justum judicare, & ille precordibus nostris habere quod reddet unicuique juxta opera sua, atque bonam conficere mensuram, præcipue juxta illud: juste judicato

cato filii hominum & . . . . parere bonæ memoriæ Domini Innocentii Papæ rescriptis tenores quorum tales sunt.

Innocentius Servus Servorum Dei Dilecto filio Archipresbitero Congregationis intrinsece Veronæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Significaverunt nobis dilecti filii Fratris Sancti Johannis in Valle Veronæ, quod cum dilectum filium A. virum providum, & discretum in Archipresbiterum sibi unanimiter elegissent, & præsentassent Archipresbitero Veronæ, sicut tenebantur electum, licet Archipresbiter electionem ipsius duxerit confirmandam; veruntamen electum, ut spiritualia reciperet . . . . quod idem electus ad jus Episcopale pertinere credebat cogere nitebatur. Electus super hoc ne graveretur ad nostram audientiam apellavit. Archipresbiter vero administrationem ei nihilominus interdixit. Quia vero nobis non constitit de præmissis, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis, et rationibus hinc inde plenius auditis, et cognitis causam super hoc apellatione remota canonico fine decidas. Faciens, et statuens per censuram Ecclesiasticam firmiter observari, nullis literis veritati, et justitiæ præjuditium facientibus a Sede Apostolica impetratis. Datum Preneste VI nonas Maii Pontificatus nostri anno sexto.

A. Augostinum.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecti Filiis C. Sancti Sebastiani, & Magistro P. Sancti Petri Canonicis Veronæ salutem, & Apostolicam benedictionem, Transmissa nobis dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli Veronæ notitia continebat quod cum Ecclesia Sancti Johannis in Valle ad Canonicam pertineat Veronæ, & Archipresbyteri confirmationem electionis suæ, ac Investituram Spiritualium, & temporalium per Archipresbyterum, & Capitulum Veronæ percipere consueverint, A. nuper ad Ecclesiam eandem electus per ipsos investituram illius recipere recusavit. Cumque propter hoc fuisset ab ipsis ab ejusdem Ecclesiæ aministratione suspensus ad nostram duxit audientiam apellandum, sed apellatio non fuit interposita infra tempus legitimum præscriptum, ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, & auditis in inde propositis, quod Canonicum fuerit apellatione postposita statuatis facientes, & statuentes per censuram Ecclesiasticam firmiter observari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio,

C. Compagnono. P. Petro.

cioè Augustinus.

odio, vel timore subtraxerint per eandem discretionem cessante apellatione cogatis veritati testimonium perhibere, nullis literis veritati, & justitiæ præjuditium facientibus a Sede Apostolica impetratis.

Dat. XV. Kal. Februarii Pontificatus nostri anno VI.

Et ex compromisso ab Archipresbytero, & Canonicis majoris Veronensis Ecclesiæ ex una parte . . . . Lanfranco, & Compagnono, & Petro suprascripto, tenor cujus talis est.

Die martis secundo exeunte mense Martii sub Porticalia Sancti Georgii de Domo in presentia Archipresbyteri Nadali Gau . . . . Magistri D. . . . . Medici, Alani, & Hostia . . . . Massarii Episcopalis Tamanigi, & Albrigeti rogatorum testium.

Cioè li 30 Marzo.

Ibique Archipresbiter Sancti Johannis in Valle presentibus suis Fratribus, & concorditer videlicet Presbytero Calvo, Odolrico, Dominico, & Wilielmo promisit & consensit vice suæ Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle Archipresbitero Vidoni Canonicæ in pæna centum libr. denariorum Veronensium nominative de illa contesia, & questione, quæ erat inter ipsum Archipresbiterum Augustinum pro sua Ecclesia Sancti Johannis, & ipsum Archipresbiterum Vidonem Canonicæ pro Canonica pro Investitura Archipresbiteratus ipsius Archipresbiteri Augustini, quæ questio erat commissa ex parte Canonicæ Domino Compagnono Sancti Sebastiani, & Domino Petro Sancti Petri in Castello a Domino Papa Innocentio. Et ex parte illorum Sancti Johannis commissa Domino Lanfranco Archipresbitero Sancti Petri in Castello, & Congregationis Veronensis ab ipso Domino Papa, quod isti tres Judices communiter debeant concordare, & definire inter eos concordare si possunt, sin autem cognoscere, & definire tamquam Judices delegati. Ita tamen, quod si unus illorum Judicum destiterit quod noluerit cum aliis duobus in facto procedere illi duo nihilhominus possint procedere tam in concordio faciendo, quam in causæ cognitione; & definire secundum quod sibi fuerit datum consilium a majori parte, & saniori parte consilii habito consilio sapientium scriptum, & corroboratum per manum tabellionis, & ita quod nullas literas debeant impetrare de hoc facto donec causa fuerit terminata, & stare illi sententiæ, vel concordio, quod, vel quæ ipsi testes Judices, vel

vel duo dederint, secundum quod dictum est, & quod non apellabit ab illa sententia, & hoc totum promisit ipse Archipresbiter Augustinus illi Archipresbitero Vidoni Canonicæ in pæna centum librarum denariorum Veronensium; versavice prædictus Archipresbiter Vido Canonicæ, præsentibus, & consentientibus suis Fratribus Canonicis concorditer, videlicet Magistro Alberto Presbitero Enzone, Dño Andrea, Dño Alberto, & Dño Tudisio, promisit ipsi Archipresbitero Augustino, & consensit vice suæ Ecclesiæ sub eadem pæna centum librarum, & eodem ordine: Et ita, & per omnia ut supra dictum est attendere per totum secundum quod ipse Archipresbiter Augustinus fecerat versus ipsum.

Actum est hoc Anno Dñi MCCIV Indictione VII.

Ego Johannes Sacri Palatii, & Dñi Federici Imperatoris Notarius hunc instrumentum rogatus scripsi; Atque insuper Libello porrecto, & dato atque subscripto tenor cujus talis est.

Vobis Dominis Archipresbitero Intrinsecæ Congregationis Veronæ, Compagnono Clerico Sancti Sebastiani, Petro Clerico Sancti Petri in Castello Judicibus Dño Papa Innocentio Delegatis nos Archipresbiter, & Capitulum majoris Veronensis Ecclesiæ petimus, quatenus vestra sunt pronunciare debeatis Ecclesiam Sancti Johannis in Valle ad eorum Canonicam pertinere, & Archipresbiterum Sancti Johannis, qui pro tempore ibi fuerit confirmationem, ac Investituram spiritualium, & temporalium per Archipresbiterum & Capitulum Veronensem percipere faciatis; Et Dominum A. nuper ad eandem Ecclesiam electum, qui Investituram illius recipere recusavit, & post suspensionem, & interdictum pendente apellatione præsumpsit administrare Canonicæ puniatis, & ipsum ab admistratione in primis removeatis, & quidquid secundum formam nostri rescripti, & secundum quod justitiam dictaverit adimpleatis. Et si quid deest in petitionibus, & rationibus, & allegationibus, & aliis propositis, seu proponendis imploramus officium vestrum, ut de jure suppleat, & hæc quæ supra continentur dicimus, & petimus, salvo jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi usque ad decisionem causæ. At ex auditis hinc inde propositis causam vertentem intra supradictos majoris Veronensis Ecclesiæ ex una parte, & Sancti Johannis in Valle ex altera benigne, & diligenter audivimus, & examinavimus. In qua quidem causa Archipresbiter, & Capitulum

lum Veronæ dicebant, & allegabant Ecclesiam Sancti Johannis in Valle ad Canonicam Veronæ pertinere pleno jure in temporalibus, & spiritualibus, & Archipresbiterum ejusdem Ecclesiæ Sancti Johannis, qui pro tempore ibi fuerit, confirmationem, atque investituram spiritualium, & temporalium per Archipresbiterum, & Capitulum Veronæ recipere deberet, & omnia quæ in libello continentur obtinere tum ratione concessionis bonæ memoriæ Rotaldi quondam Veronensis Episcopi, tum ratione confirmationis Ludovici Imperatoris in presentia dicti Rotaldi Episcopi factæ, tum ratione confirmationis Archipresbiterorum, & Fratrum Sancti Johannis, & eorundem representationis ad ordines, quæ fiunt, & consueverunt fieri per Archipresbiterum, & Capitulum, tum ratione subjectionis, tum ratione correctionis, & causarum cognitionis, & tum ratione ejusdem Ecclesiæ Sancti Johannis, & Capituli ejusdem, tum multis aliis rationibus, consuetudinibus per testes, & instrumenta probatis, & ostentis. Contradicebant Archipresbiter, & Fratres Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle, & respondebant, & allegabant, fidem non esse adhibendam concessioni factæ a Rotaldo, quia instrumentum ipsius concessionis per manum publicam non erat confectum, nec ex confirmatione Dñi Ludovici, quia exemplum erat, nec Privilegia Sedis Apostolicæ aliquid contra eos faciebant, quia cum impetrata fuerunt, nec justè, nec injustè, & quietè, seu pacificè possidebant, nec aliquo modo ostenderunt tunc possedisse, nec confirmationes, seu representationes eis, nec Ecclesiæ suæ in spiritualibus debent prejudicare. Correctionem verò dicunt nullo modo pertinere ad eos, nec causarum cognitionem, quia nec ostenditur, nec probatur pertinere ad eos. Imo obedientiam præstant Episcopo, quod bene ostenditur. Et venditiones, emptiones, commutationes, electiones, causas, contractus, Massarios, Canevarios, & alia per se faciunt. De quibus dicunt absolvendos esse a petitione ipsorum Archipresbiteri, & Capituli majoris Veronensis Ecclesiæ. Veruntamen Archipresbiter, & Capitulum Veronæ respondent, & dicunt fidem esse dictæ concessioni Dñi Rotaldi adhibendam, quia corroborata est per manum ipsius Rotaldi, & per manum decem, & septem inter Patriarcam, & Episcopum, & Sacerdotes, & Nobiles Viros, & confirmationi Ludovici quamvis in ea dicatur exemplum, adhibendam esse fidem, quia ipse Im-

perator, & duo Judices in dicta confirmatione se subscripse- runt, & etiam Notarius. Privilegiis etiam Romanæ Sedis similiter cum usi sint de jure suo ibidem concesso confirmando, repræsentando, & quendam Arditionem de spiritualibus, & temporalibus investiendo, & renunciatione Archipresbiterum, & aliorum Fratrum recipiendo fidem esse adhibendam, quia per titulum possederunt, & auctoritatem Papalem. Archipresbiter autem & Fratres Sancti Johannis replicant, & dicunt non esse subscriptionibus dictæ concessionis Dñi Rotaldi fidem, adhibendam, quia diversarum scripturarum sunt scriptæ. Ad quod vero Archipresbiter, & Capitulum Veronensis Ecclesiæ respondentes dicunt fortius, & melius fidem ipsi subscriptionibus fore adhibendorum, quia in diversis scripturis conditæ, & corroborate consistunt, & repræsentatur. Tandem nos dicti Lanfrancus Sancti Petri in Castello, & Intrinsecæ Congregationis Archipresbiteri. Compagnonus Sancti Sebastiani Diaconus, & Sancti Johannis in Valle Archipresbiter, atque Petrus dicti Sancti Petri Subdiaconus auctoritate Dñi Papæ, & nostra qua fungimur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen, Visis, & auditis: & receptis rationibus, confessionibus, testibus, Privilegiis, instrumentis, & allegationibus dicimus, & pronunciamus Ecclesiam Sancti Johannis in Valle ad Canonicam pertinere Veronæ; & Archipresbiterum ejusdem Ecclesiæ Sancti Johannis, qui pro tempore ibi fuerit confirmationem, ac Investituram spiritualium, & temporalium per Archipresbiterum, & Capitulum Veronæ percipere debere, & ea quæ in libello continentur ad dictam Canonicam pertinere.

Anno Dñi millesimo ducentesimo vigesimo Indict. VIII.

Item intra eodem die, & loco, & præsentia iidem delegati ante latam dictam sententiam aparuerunt consilium datum a sapientibus, consilio quorum dederunt ipsam sententiam, Forma cujus Consilii talis est.

Die VIII. intrante mense Octubri in Bononia in Domo Ecclesiæ Sanctæ Crucis, in præsentia Dñi Bernardi Presbiteri Sanctæ Crucis, & Dñi Mathei Socii, Magistri Rosini, & Odelrici Notarii.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Consilium Magistrorum scilicet Trahedi Bononiensis Ecclesiæ Canonici, Rosini Saventini Canonici &c.

In

In Rotolo scritto l'anno 1292 nell'Archivio della detta Chiesa i di lei Preti è Chierici si chiamavan Canonici viventi in commune ed alla Regolare, onde in Carta del 1392 Indictione XV. nell'istesso Archivio si chiama la loro Residenza Monistero: Coram venerabili viro Domino D. Johanne quondam Domini Cicarelli de Marchia Anconitana Archipresbitero Monasterii Sancti Johannis de Verona. *In altre Carte del medesimo Secolo molte volte si trova scritto nel Dormitorio de' Chierici della Pieve di S. Giovanni in Valle, onde impariamo che vivano in commune.*

Il Monistero di S. Giuliano di Lepia, siccome dalla Santa Sede immediatamente era dipendente, perciò la Badessa novellamente eletta del detto Monistero solea irsene a Roma per essere dal Papa confermata e benedetta. Ma del 1234, essendo stata eletta Badessa una Monaca dell'istesso Monistero per nome Gerarda, nè potendo per le guerre ed altre cause a Roma per tale affare trasferirsi, dal Pontefice Gregorio Nono fu delegato l'Arciprete di S. Giovanni in Valle a conoscere questa elezione, e confermare e benedire in sua vece la detta Badessa eletta. Ciò s'impara dal seguente Breve Pontificio, il cui originale è nell'Archivio di S. Nazaro, e di questo tenore.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Archipresbytero Sancti Johannis in Valle Veronensis Salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte Monialium Monasterii Sancti Juliani de Epia Veronensis Diœcesis, ad nos, ut dicitur, nullo medio pertinentis fuit propositum coram nobis, quod earum Abbatissa viam universæ carnis ingressa, ipsæ convenientes in unum, & gratia Sancti Spiritus invocata dilectam in Christo filiam Gerardam prædicti Monasterii Monialem honestæ, ut asserunt, conversationis, & vitæ in Abbatissam sibi canonice, ac concorditer elegerunt, quæ cum propter guerrarum discrimina sine gravi dispendio ad præsentiam nostram venire non possit humiliter supplicarunt, ut confirmari ejus electionem, & impendi sibi benedictionis munus in illis partibus faceremus. Quo circa fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus si tibi constiterit dictum Monasterium nobis immediate subesse, electionem ipsam, si eam de persona idonea canonice in veneris celebratam, auctoritate nostra confirmare procures, fa-

ciens electæ munus benedictionis impendi, & obbedientiam, & reverentiam debitam exiberi recepturus ab ipsa nihilominus juramentum iuxta formam quam tibi sub Bulla nostra mittimus interclusam, & forma juramenti (a) quam ipsa prestabit de verbo ad verbum nobis per ejusdem patentes literas suo sigillo signatas per proprium Nuncium quantoties destinare procures. Alioquin electione ipsa cassata eidem Monasterio de persona idonea facias in Abbatissam per electionem canonicam provideri.

Dat. Reatæ III. nonas Junii Pontificatus nostri anno octavo.

Della

(a) *La formula del giuramento che il Pontefice dalla Badessa di Lepia pretendea al detto Breve annessa non ho io trovato. Ma è probabile che fosse l'istesso giuramento, che Gemma Badessa del medesimo Monistero prestò al Vescovo di Verona qual Delegato Pontificio nella Chiesa Cattedrale il dì* 14 *Ottobre* 1296, *registrato in Rotolo nell' Archivio di S. Nazaro, il cui tenore è questo.*

Ego Gemma Abbatissa Monasterii Sancti Juliani de Epeia ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Veronensis Diocesis ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sedisque Romanæ, & Domino meo Domino P. P. Bonifacio, suisque Successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, consensu, vel facto, quod vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi creditum fuit per se, aut per Nuncios suos, sive per literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanorum, & Regalia Sancti Petri adiutrix eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo Ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuvabo. Vocata ad Synodum veniam, nisi præpedita fuero canonica præpeditione. Apostolorum liminia de bienio in bienium visitabo, aut per me, aut per Nuncium meum, nisi Apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad prædictum Monasterium pertinentes non vendam, neque donabo, nec impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano Pontifice, sic Deus me adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Della Chiesa di S. Giorgio nella Val Pollicella.

L'Addove parlato abbiamo di questa Chiesa si è una Iscrizione inserita, in alcuna parte esposta come fu rilevata dal Panvinio. Ma nel riandare queste notizie nostre, per correggerle ove il bisogno lo richiedesse, essendoci accorti, che, come dal Panvinio fu intesa e da altri ancora, a' quali in questa parte ci siamo uniformati, non può sussistere, ragion vuole che qui si replichi un altra volta, spiegandola, come crediamo si debba intendere.

+INNDNIIHVXPIDEDON IS
SCIIVHANNES
BAPTESTEEDI
FICATVSESTHANC
CIVORIVS SVBTEMPORE
DOMNONOSTRO
LIOPRANDOREGE
ETVĒPATERNO
DOMNICOEPESCOPI
ETCOSTODESEIVS
VVVIDALIANOET
TANCOLPRBRIS
FTREFOLSASTALDIO
SONDELMEINDISNVS
DIACONVSSCRIP
SI

In

IN Nomine Domini Jhesu Xpi de donis Sancti Juhannis Bapteste edificatus est hanc Civorius sub tempore Domno nostro Lioprando Rege & Venerabili Pater * nostro Domnico Epescopo & Costodes ejus Venerabilibus Viris Vidaliano & Tancol Presbiteris & Resol Gastaldio Gondelme indignus Diaconus scripsi.

* an Patre

Il più importante sbaglio che fu commesso nel rilevare il senso di questa Iscrizione si fu in leggere sub *in vece di* Venerabili *l' abbreviatura* VB, *e* Paterno *l'altra breviatura* PATERNO *in vece di* Pater nostro; *e supponendo un addietivo quel* DOMNICO *ch' era il nome proprio del Vescovo, che al tempo di Liutprando Re de' Longobardi sedea nella Cattedra Vescovile di Verona, onde* Paterno *fu da tutti gli Scrittori Veronesi il detto Vescovo malamente appellato. Fu anche malamente letta per* Virorum *la breviatura* W *in vece di leggere* Venerabilibus Viris. *Per quanto appartiene al rimanente della Iscrizione alcuni pensano che tre e non quattro personaggi vi sien nominati:* Vitaliano, Tancol e Resol, *tenendo che quest'ultimo sia l'istesso che si dice Diacono e Gastaldo, non* Resol Gastaldo, e Gondelmo Diacono; *movendoli a così pensare il vedere, che in tutta questa Iscrizione ciascuna persona che vien nominata si distingue colla particola disgiuntiva* &: & Venerabili Episcopo, *e così di tutti gli altri: onde quando si avesse voluto far intendere due personaggi distinti* Resol *e* Gondelme, *dopo il nome di* Resol *vi si sarebbe posta la particola* &. *Laddove leggendosi* Resol Gastaldio indignus Diaconus scripsi *senza separazione di sorte alcuna, li fa argomentare che quel* Resol *fosse Gastaldo e Diacono insieme. Avvegnachè quel* Gondelme, *secondo essi, è genitivo e non nominativo, e vuol dire Gastaldo di Gondelma, che forse così appellavasi allora la terra ov' era edificata la Chiesa di S. Giovanni il Battista oggi detta di S. Giorgio. Cosa volesse dire Gastaldo al tempo de' Longobardi il celebre Muratori lo insegna, cioè* Ministro, Procuratore ed Economo degli effetti patrimoniali dei Re; *e tal volta anche qualche cosa di più, come altrove si dirà; onde non è da meravigliarsi, com'essi dicono, che un Diacono fosse insiememente Gastaldo di una terra, appartenente per avventura al Duca Longobardo che in quel tempo in Verona risedea, quando in quei Secoli non era cosa strana che i Chierici costretti fossero andar talvolta per fino alla guerra, come*

del

del Vescovo nostro Raterio e d'altri Ecclesiastici appo l'istesso Muratori si legge. Onde riputar non si dee cosa strana che un Diacono qual Gastaldo reggesse una terra di un qualche Signore. Ma noi nè a favore, nè contra di questa opinione disputar volendo, al giudizio degli Eruditi la sommettiamo, bastandoci avere la spiegazione della Iscrizione nel più sostanziale corretta, il vero nome del Vescovo che la Chiesa nostra al tempo di Liutprando governava scoprendo. Il quale, in vece di Domnico *o* Dominico, *è stato fin or* Paterno *dagli Scrittori nostri, come s'è detto, appellato.*

Della Chiesa di S. Jacopo alla Pigna.

L'*Autore del Ritmo Pippiniano fece menzione soltanto di quelle Chiese ch'erano edificate intorno alla Città di Verona, dicendo che da' Santi (ad onor de' quali erano state edificate) era la Città stessa circonvallata e custodita. Però allorchè nomina li Ss. Appostoli Pietro, Paolo e Jacopo intese accennare la Chiesa che fu poi detta di S. Pietro in Castello; probabilmente perchè ad onore de' detti tre Santi Appostoli era stata dedicata. Lo che avendo noi posteriormente alla impressione delle notizie della Chiesa di S. Jacopo considerato, ci conosciamo tenuti correggere ciò che in questa parte della medesima Chiesa riferito abbiamo, cioè che nel Ritmo non è stata altramente nominata, come quella ch'era dentro e non fuori della Città. Ebbe bensì cura d'anime, come l'ebbero anche le Chiese de' Ss. Simone e Taddeo, di S. Mammaso, di Santo Angiolo Gabbriello, di S. Pietro in Castello, di S. Niccolò, di S. Sebastiano, di Santa Agnese, di S. Martino Acquario, di Santa Croce, come si ha nel Documento impresso alla pagi 553 di questo Volume; nella qual Carta non veggendosi nominate nè la Chiesa di S. Donato, nè quella di S. Giusto, si viene in cognizione che queste due Chiese del 1236 non avean cura d'anime, onde fu loro dopo conferita.*

Dell'

Dell'Offizio della Santa Inquisizione.

Questo Ecclesiastico Magistrato fu istituito dalla Santa Appostolica Sede, perchè la Cattolica Religione dalle Eresie non solo si venga preservata, ma per conservare eziandio concordi i Popoli Cristiani, e a' loro Principi e Signori ubbidienti; Perciocchè le Eresie ed i tumulti di Religione dividendo in fazioni le Città e le Provincie, quindi ne succedono non raramente le ribellioni. Per questo da' Pontefici Innocenzio III ed Onorio III fu costituito Inquisitor Generale nella Francia il P. S. Domenico. Il quale essendosi con felice successo in quel vasto Regno a pro della Cattolica Religione adoperato, da Gregorio IX furon perciò poscia non solo molti Religiosi de' Domenicani nell' istesso offizio costituiti, ma de' Francescani ancora in molte parti della Europa, e singolarmente in Italia. Circa l'anno 1240, per testimonio del Panvinio, S. Pietro, nato della Famiglia Rosini Veronese, e Frate di S. Domenico, fu costituito da Innocenzio IV Inquisitore nella Lombardia. Il qual uffizio il Santo esercitando fu dagli Eretici l'anno 1252 martirizzato, come alla pagina 562 del Secondo Libro s'è detto. De' Francescani essendo Inquisitore in Verona Fra Temidio l'anno 1275 dall' Inquisitorato fu assunto di quella al Vescovato. L'anno 1276 Fra Filippo Bonaconsi Mantovano dell' istesso Istituto fu Inquisitore nella Marca Trivigiana, e del 1281 in Verona (ciò s' impara dal Documento impresso alla pagina 339 del Primo Libro) continuando ad essere Inquisitore, come da Carta 13 Luglio 1288 raccogliesi. Nell' Archivio del Convento di Santa Anastasia di Verona si hanno riscontri, che del 1290 Fra Bonavventura da Mantova Francescano l' istesso uffizio nella Marca Trivigiana esercitava. Nel 1298 Fra Francesco da Dressino, come in Carte appo le Monache di S. Martin d'Avesa. Del 1299 Fra Dondidio Mantovano per Carte appo le stesse Monache. Del 1328 Fra Girolamo da Mantova per Monumenti appo i P.P. di S. Fermo Maggiore di Verona; e l'anno 1421 Fra Manfreddino di Pontremoli per Carte appo i medesimi Padri di S. Fermo, continuandosi ad esercitare l'offizio della Inquisizione anche in Verona da' Frati Francescani fin dopo la metà del Decimosesto Secolo. Ma entrato l'anno 1569 dal Pontefice S. Pio V fu conferita questa incombenza in Verona alli Domenicani, costituendovi Inquisitore l' istesso anno.

1569 Fra Marco de' Medici Veronese. *Il quale fu poi trasferito all' Inquisitorato di Venezia, onde gli successe del*

1574 Fra Paolo Molasco Lodigiano. *Ma sendo stato trasferito all' Inquisitorato d' Ancona, successe in questo di Verona l'anno*

1578 Fra Agostino Niccoluzzi Faentino. *Del*

1588 Fra Alberto Chelio di Lugo. *Il quale fu Inquisitore in Faenza.*

1591 Fra Egidio Pusterla Piacentino. *Il quale era stato Inquisitore similmente in Faenza.*

1602 Fra Xante Riva Genovese. *E questi era stato Inquisitore a Piacenza.*

1604 Fra Agostino dalla Torre di Rivalta.

1616 Fra Silvestro Ugolotto di Castiglione.

1624 Fra Pio Innocenzio da Bologna *dopo esser stato Inquisitore in Ancona.*

1631 Fra Domenico Maria Cortesio Bolognese.

1633 Fra Bonifacio da Gardone Diocesi di Brescia. *E questi era stato prima Inquisitor di Vicenza.*

1634 Fra Francesco Maria Cuccino Romano. *Il quale fu poi Inquisitore in Pavia, Cremona e Milano.*

1637 Fra Piermaria Dolcetti di Sanseverino.

1647 Fra Clemente Avesti da Isè Diocesi di Brescia *dopo esser stato Inquisitore a Bergamo ed a Brescia.*

1648 Fra Gianmichele Bergamasco Ferrarese. *Per di lui opera fu tolta la stampa agli Ebrei. Sotto il suo reggimento una maliarda, dopo aver abjurato, essendo nelle Carceri del Vescovato di Verona attaccò il fuoco alla Prigione, onde arsero moltissime scritture della Cancelleria Vescovile, ch' erano nell' Archivio contiguo alla Prigione. Dall' Inquisitorato di Verona passò poi il Bergamasco a quello di Parma, indi a quello di Ferrara.*

1663 Fra Desiderio Muris Vicentino. *Questi passò all' Inquisitorato di Brescia: poi di Vicenza.*

1670 Fra Tommaso Mazza da Forlì. *Questi scrisse il Claudiano Cristiano, e un molto erudito Panegirico di S. Raimondo senza valersi della lettera R. Scrisse altre cose ancora, che qui non è d' uopo ricordare. Fu prima Inquisitore a Crema, poi in Vicenza, indi in Verona, di dove fu trasferito Inquisitore a Genova.*

1674 Fra Piermaria Amiani da Fano. *Fu prima Inquisitore a Crema.*

1678 Fra Antonio Cecotti di Cottignola. *Il quale era stato prima Inquisitor di Vicenza.*

1682 Fra Giuseppe Maria Grizio da Esio *dopo esser stato Inquisitore a Vicenza.*

1684 Fra Lodovico Agostino Castelli *dall'Inquisitorato di Bergamo passò a questo di Verona.*

1686 Fra Andrea Rovetta Bresciano *dopo esser stato Inquisitore a Saluzzo.*

1701 Fra Giandomenico Accurti Ferrarese.

1706 Fra Giampaolo Mazzoleni Bergamasco. *Questi era stato Inquisitore a Crema.*

1730 Fra Lauro Maria Picinelli Bresciano. *Dall'Inquisitorato di Verona passò poi a quello di Brescia.*

1745 Fra Gerolamo Giacinto Maria Medolago Bergamasco *dopo esser stato Inquisitore a Gubbio, Fermo, Modena e Brescia fu trasferito all'Inquisitorato di Verona.*

Della Chiesa di S. Lorenzo.

Alle notizie di questa Chiesa non sappiamo altro aggiugnere, se non che, come diverse altre Chiese di Verona, avea anch'essa uno Spedale, di cui si fa menzione in Carta 17 *Aprile* 1162 *nell'Archivio di S. Nazaro* : quarta pecia de terra aratoria ibi prope, de uno latere jura Hospitalis Sancti Laurentii. *Dove fosse il detto Spedale precisamente edificato non si sà, ma è cosa verisimile che fosse colà ove sono le case vicine alla residenza del Rettore della detta Chiesa.*

Della Chiesa di Santa Lucia.

Avendo detto alla pagina 65 del Terzo Libro, come Tebaldo della Scala fu esecutore di un legato istituito da un suo fratello a favore del Monistero di Santa Lucia di Verona, e come il testatore fosse o Frignano, o Rinaldo Scaligeri. Ma avendo saputo poscia che Rinaldo, il quale era Canonico della Chiesa nostra Cattedrale, del 1369 era ancora in vita (come s'impara da una Carta nell'

nell' Archivio Sagramoso C. V. m. 4. n. 10) di quì si fa chiaro che Frignano fu l' accennato Benefattore, come quello che prima di Tebaldo e degli altri suoi Fratelli era morto.

Della Chiesa di S. Marìa alla Chiavica.

ESsendo morto in Verona il giorno 14 Dicembre 1734 Venceslao Gioachino Ezzenebac Oltranovic, il quale nell' Imperia-Milizia quarantadue anni avea servito, ed ultimamente in figura di Luogotenente Generale della Cavalleria, lasciò per Testamento, che fosse colle di lui sostanze esposta una Satua rappresentante S. Gio: Nepomuceno sopra il Ponte Nuovo. Fu questa sua pia volontà eseguita per Ducali del Prencipe Serenissimo 25 Luglio dell' anno 1735. La mattina dunque del Sabbato in Albis 1736 fu bedetta coll' intervento processionalmente dell' Eccellentissimo Signor Antonio Loredano Kavalier e Provveditor Generale in Terraferma, accompagnato da molta Nobiltà, ed Officialità. Fu benedetta dal V. Rettore di Santa Maria alla Chiavica per essere stata esposta la detta Statua in sito appartenente alla di lui Parrocchia. Resasi poi per Divina dispensazione questa Immagine miracolosa vi fu di limosine raccolte anche una Cappella fabbricata. Nell' anno 1741 fu similmente principiata la loggia rimpetto alla detta Cappella, e fu terminata in Febbrajo 1742; essendo amministratori della Cappella medesima li Reggenti della Compagnia del Santissimo Sacramento eretta nella suddetta Chiesa di Santa Maria alla Chiavica.

Della Chiesa di Santa Maria della Fratta.

DUe Contrade ambi nominate la Fratta, o Selva, trovo io appo noi una detta la Fratta di Santa Maria in Organo nominata in Carta 12 Agosto 1179, nell' Archivio del Monistero di S. Michele in Campagna C. DDDD. m. 2. n. 4., nella quale si dice che Alberto Giudice e Marchesana sua Moglie vendo-

no ad Olderico figliuolo di Rodolfo Viceconte del Castello di Verona (a) *Bazalerio una pezza di terra con casa, muri, corte, ed Alberi giacente nel Castello di Verona alla* Fratta *vicina al Monistero di Santa Maria in Organo per duecento libre. L' altra* Fratta *della Porta di S. Zenone or detta la Porta de' Borsari è nominata in Carta del* 1007 *impressa alla p.* 125 *del primo Volume di queste Notizie*: in frata de Civitate Verona ad porta que vocatur Sancti Zenonis. *Io credo che queste Fratte, o Selve reliquie fossero di que' Boschetti ne' quali si riduceano i Gentili a sagrificare alle false Deità. Della Chiesa di Santa Maria edificata in questa seconda Contrada si fa menzione in Carta 23 Dicembre* 1177 *nell' Archivio della Chiesa de' Santi Appostoli. Il quale Documento è di questo tenore.*

Die Martis qui fuit decimus Calendarum Mensis Decembris in Curte Sanctorum Apostolorum in præsentia Pinelli, & Zenelli, & Jacobini de Ossis Bonum, Warimberti de Battifarina, Bonifacii de Zeno de Vitale, & Rainaldi de Gussolengo, & Johannis de Populo, & aliorum.

Ibique Sacerdos Girardus Archipresbiter Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum, Sacerdote Zenone da eadem Ecclesia, & Magister Girardo, Henrico, Bonojohanne, atque Marchione ejusdem Ecclesiæ Fratribus consentientibus titulo Locationis in perpetuum investivit Veronam, nominative de pecia una terra juris ejusdem Ecclesiæ super quam ipsa Verona Domum habebat, quæ jacet in Porta Sancti Zenonis ante suprascriptam Ecclesiam Sanctorum Apostolorum: de uno latere Talamasius, de alio Domus, quæ fuit Tassoni de eadem Ecclesia, de uno capite ipsa Ecclesia, & Curtis ejusdem Ecclesiæ, de alio capite iura Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Fratta, & jussit ei &c.

An-

(a) Questa era una Famiglia Nobile Veronese, che fino del 1600 avea il di lei Sepolcro nella Chiesa di S. Anastasia; e si chiamava de' Visconti probabilmente perche alcuni di questa Famiglia saranno stati attuali Vicarj dei Conti di Verona, l' ultimo de' quali Conti è verisimile che fosse il Co: Riprando sottoscritto l' anno 1112 nel Documento impresso alla p. 726 del secondo Libro di queste Notizie.

Anni Domini millesimo centesimo LXXVII. Indictione decima..

Ego Conradus Notarius Palatinus intersui, & rogatus scripsi.

E in altro Documento 23 Settembre 1194, che è similmente nel citato Archivio, si fa della detta Chiesa eziandio menzione.

Die Sabbati septimo (a) exeunte mense Septembri in Porta Sancti Zenonis sub Porticu Domus illorum de Ecclesia Sanctorum Apostolorum in præsentia Marchesini de Gussolengo, & Bernardini de Caimo, atque Bernardini Scavezati, & aliis testibus rogatis.

Ibique Sacerdos Zeno Archipresbiter suprascriptæ Ecclesiæ, presentibus, & consentientibus Presbitero Marchisio, Bonanioanne Diacono, & Magistro Pendica, atque Magistro Anselmo Clericis, & Fratribus ejusdem Ecclesiæ dedit loquelam Zordano de Gussolengo, ut venderet Zenoni Pezolo suas rationes quas habebat in pecia de terra cum Casa, & Curte ab eo Zordano emeret. Et statim ibi incontinenti suprascriptus Zordanus nomine vendicionis investivit prædictum Zenonem Piziolum de suprascripta pecia de terra cum Casa, & Curte scilicet de suis rationibus, & cum omnibus suprascriptis rationibus, & actionibus, & juribus, realibus, & personalibus, corporalibus, & incorporalibus quas in ea terra cum Casa, & Curte habebat secundum quod eam habebat, & tenebat ab Ecclesia suprascripta, cui coheret de uno latere Morandus, de alio latere Talamasius qui tenet pro eadem Ecclesia suprascripta, de uno capite sunt jura Sanctæ Mariæ ad Fratam, de alio capite Via, & Curtis Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum, & jacet in capite Ecclesiæ &c.

Anno a nativitate Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto Indictione duodecima.

Ego Ventura qui Corvus vocor Sacri Palacii Notarius a Dom. Imperatore Federico confirmatus intersui, & rogatus scripsi.

Sot-

(a) Cioè li 24 Settembre.

Sotto la Mensa dell'Altare di S. Pantaleone anticamente eretto in questa Chiesa furono ritrovati al tempo del Vescovo Gianfrancesco Barbarigo di F. R. li Corpi de' Ss. Ghiberto, Taddeo e Vittoria Martiri, nè altre notizie di questa Chiesa ritrovato abbiamo.

Della Chiesa di Santa Maria della Ghiara.

NUll' altra correzione ci accade fare altre notizie di questa Chiesa se non avvertire che fu per errore attribuito ad opera dell' Ottino il quadro appeso sopra la porta della Sacristia rappresentante alcuni Frati Umiliati ec., essendo pittura del Bonvicini.

Della Chiesa e Monistero di S^ta^. Maria Maddalena di Campo Marzio.

DAl seguente Documento, il cui originale appo le Monache di Santa Maria delle Vergini di Campo Marzio si custodisce, raccogliesi come Gerardo Prete di S. Spirito, cioè uno de' Canonici di quel Monistero, insieme con Varimberto, Enrico, Forzano del Castello di Verona ed altri Religiosi dell'istesso Istituto la Repubblica di Verona supplicarono voler loro per carità donare alcun terreno nel Campo Marzio per edificarvi una Chiesa ed un Monistero; e come fosser loro sei campi di terra per ciò nel citato luogo conceduti. Varimberto era stato preposto forse alla cura della Parrocchia di S. Vitale; mercecchè i Canonici di S. Marco non ricusavano simili cure; leggendosi ne' registri delle Collazioni della Badia Zenoniana che li 3 Marzo 1364 Fra Donato dell'istesso Istituto e figliuolo di Nascinfrasio Veronese fu creato Priore del Monistero di Santo Apollinare di Lugo.

DIe quintodecimo exeunte mense Septembri. In Palatio Comunis Veronæ in præsentia dominorum Bonaventuræ de Mantua, Jacobi de Padua Judicum Veronæ, Davidelli, Carlaxarii Viatorum Comunis Veronæ, & aliorum.

Ibique cum Dom̃us Gerardus Presbyter Ecclesiæ Spiritus Sancti, & Presbyter Warimbertus Ecclesiæ Sancti Vitalis, & Henricus, & Dñus Forzanus de Castello, & alii quamplures suæ Religionis essent in Consilio Comunis Veronæ coadunato ad sonum Campanæ Consilii in Palatio Comunis Veronæ, ubi

ubi consuetum est consiliari, & dicens Dopnus Gerardus pro ipsis bonis hominibus præsentibus, & pro aliis suæ Religionis, & pro Dominabus similiter suæ Religionis, & rogaret Dominum Comitem Bonifacium Potestatem Veronæ, suosque Consules, & universum Consilium per Deum Omnipotentem, ut deberet eis bonis hominibus pro Comuni Veronæ dare de terra Campo Marcii, in qua ipsi edificarent Domum, sive Domos Religionis loco Oratorii, quo audito prædictus Dominus Bonifacius Comes surrexit dicens recedite a Consilio extra, & super hoc habebimus Consilium, & Consiliatores intellexerunt verba vestra, secundum quod præstabunt, & dabunt nobis consilium faciemus. Commemoratis bonis hominibus a Consilio recedentibus jam dictus Dominus Bonifacius Comes concionando inter Consiliatores dixit vos habetis intelectum verba dictorum bonorum hominum consiliamini super hoc quod vultis, ut faciam. Surrexit Dñus Tomasinus Cañ concionando suum Consilium dedit, quod debeat dari locum in Campo Marcio pro Comuni Veronæ illis bonis hominibus ubi edificare debeant Domum, sed non ubi petunt. Surrexit Dñus Isolanus de Nesulo concionando suum Consilium dedit, quod debeat dari locum in Campo Marcio pro Comuni Veronæ illis bonis hominibus, ubi possunt Domum edificare; Surrexit Dñus Bazalerius concionando suum Consilium dedit, quod debeat dari illis bonis hominibus illam terram quam petunt in Campo Marcio, ut Domum edificare valeant. Surrexit D. Johannes de Palatio concionando suum dedit Consilium quod debeat dare illis bonis hominibus terram in Campo Marcio, ubi Domus edificari possit; Surrexit Dñus Ugucio de Crescencii suum Consilium concionando dedit, quod debeat dari illis bonis hominibus terram in Campo Marcio; & omnes Consiliatores Consilii prædicti adfirmaverunt dictis suprascriptorum Concionatorum, ita quod nullus contradixit.

Anno Dñi millesimo ducentesimo undecimo; Indictione quartadecima.

Ego Otolinus de Mercato Novo Sacri Palacii Notarius interfui, & rogatus scripsi.

Dopo ciò, per commissione del Co: Bonifacio Podestà di Verona, fu disegnato il sito dove il Monistero edificar si dovea; lo che s' impara da questi altri Documenti.

Die

DIe Veneris undecimo intrante Novembri in Verona in Domo Facini, & Gualfardini Fratrum, in qua Dñus Bonifacius Comes Veronensis Potestas habitat, in presentia Dñi Alberti de Seratico, Presbyteri Guarimberti de Sancto Vitale, & Dñi Uberti, qui moratur cum ipso Presbytero testium ad hoc, & aliorum.

Ibique Dominus Bonifacius Comes Veronæ Potestas investivit Dñum Forzanum de Castello de sex Campis terræ Campi Marcii, recipiendo pro se, & omnibus illis bonis hominibus suæ Religionis, & Societatis nominatim ad componendum, & faciendum unam Domum Religionis in ipsa terra,

Actum est hoc in suprascripto Loco millesimo ducentesimo undecimo Indictione quartadecima.

Ego Crescentius Sacri Palatii Notarius interfui rogatus, & scripsi.

E' un bel Documento, sendochè, oltre le cose spettanti al Monistero di Santa Maria Maddalena, mostra l'ordine tenuto in que' tempi da' votanti del Consiglio nelle risoluzioni delle cose pubbliche. Li Consiglieri erano ottanta di numero; ma furono indi per Ezzelino accresciuti fino al numero di cinquecento, mutando insieme l'ordine del governo di sorte, che i Capi delle Arti cominciarono ad avere nella Repubblica potere ed onore grandissimo. Prova di ciò n'è fra gli altri il Documento 24 Aprile dell'anno 1281 impresso alla pagina 339 del Primo Libro di queste Notizie; Perciocchè nel Consiglio raunato nel detto giorno ed anno si nomina primieramente il Podestà, indi il Capitano del Popolo, in terzo luogo li Gastaldi o Capi delle Arti (non gli Anziani, come altrove s'è detto) e finalmente il resto del Consiglio. Li Vescovi, erano al principio li Capi delle Repubbliche delle Città Lombarde, ma sendo stati poscia tralasciati continuarono ad esser Giudici Ordinarj delle Vedove, Pupilli, Forestieri, Prigionieri ed altre simili persone soltanto, come afferma aver letto il Padre Barre (a): aggiungendo che i Studenti nelle Università, essendo quai Chierici, quanto allo studio, considerati, poteano

(a) Barre Istor. Univers. della Germania dal 1152. al 1250.

no ricorrere anch' essi al Vescovo, qualora non voleano esser da' loro Maestri giudicati. Afferma Ottone Frisingano appresso l' istesse P. Barre, che il governo delle Città Lombarde molto somigliava a quello degli antichi Romani; conciosiacchè erano governate da alcuni Consoli, che scelti erano da' più Nobili, da' men Nobili e dal Popolo indistintamente. Dice che ammetteano al Cavalierato uomini anche di vile condizione, e che eziandio gl' innalzavano alle dignità civili e militari. Non permettea poi alcuna Città della Lombardia, che alcuno de' suoi Cittadini passasse ad abitare da una Città in un altra, nè vi sarebbe stato nè men ricevuto quello che ci avesse voluto andare, sendo tra esse convenute di non ammetter di quelli che da un altra Città disertassero. Ma da questa digressione ritornando al Monistero di Santa Maria Maddalena diciamo, che essendo stato alli suddetti Religiosi quel terreno donato fu ordinato che posti ne fossero al possedimento, come da questi due Documenti s' impara.

DIe quintodecimo intrante Novembri in Palacio Comunis Veronæ in presentia Dñi Warimberti de Sancto Vitale, Dñi Bonaventuræ de Mantua Judicis, Dñi Ugozoni de Crescentiis, Conrati Zataculi, Ottonelli de Buza, Zenini Masarii, Avoltini de Sancto Johanne in Valle, & aliorum.

Ibique Dñus Comes Bonifacius Potestas Veronæ comisit Dño Rodolfino Grillo de Insulo, & Dño Avostino de Sancto Johanne in Valle Consulibus Veronæ, ut ipsi in Campo Marcio in angulo qui est a Porta Episcopi designent Doño Forzano, & Dño Enrico, & aliis suis sociis quæ continetur in carta investituræ illam terram, quam ipse Comes pro Comuni Veronæ eisdem Dño Forzano, & Enrico, & aliis suis dederat, & de qua ipsos Doñum Forzanum, & Enricum, & alios suos socios pro Comuni Veronæ investiverat pro ut dicebatur contineri in Carta per manum Calestrini Notarii facta.

Actum est hoc Veronæ anno a nativitate Dñi millesimo ducentesimo undecimo Indictione quartadecima.

Ego Greppus Dñi Regis Enrici Notarius interfui, & rogatus scripsi.

DIe quintodecimo intrante Novembri in Campo Marcio Veronæ in presentia Dñi Presbyteri Warimberti de Sancto Vitale, Dñi Uberti, Wilielmi Clerici Ecclesiæ Sancti Johannis in Valle, Calestrini, Girardi, Isnardi Notarii, Xati filii qu. Vindemie, Zermani, Bonefacini pelliparii, & aliorum,

Ibique Dñus Rodolfinus Grillus de Insulo, & Dñus Avostinus de Sancto Johanne in Valle Consules Veronæ, tempore Dñi Comitis Bonefacii Potestatis Veronæ, ab ipso Dño Comite ad hoc specialiter delegati, concorditer designaverunt Dño Forzano, & Dom. Enrico, & eis vice, ac nomine aliorum sociorum suorum, qui continentur in Carta investituræ, unam petiam terræ de Campo Marcio Veronæ, de qui dictus Comes pro Comuni Veronæ, ut dicebatur illos investiverat, quæ pecia terræ est in angulo Campomarcii, qui est prope Portam Episcopi juxta terram Cazalupi, & habet a capite a mane juxta murum veterem Campi Marcii perticas viginti, & sex. de alio capite a sero perticas triginta, & sex, & per longitudinem perticas centum, & viginti scilicet duas Tornaturas ad perticas sex pedum secundum quod suprascripti Consules ibi eis Dom. Forzano, & Enrico vice sui, & aliorum suorum sociorum eam terram designaverunt, & eis parabolam intrandi possessionem dederunt,

Nota sito della Porta Vescovo ove fosse.

Ego Calestrinus Sacri Palacii rogatus interfui, & in hac Carta me subscripsi,

Actum est hoc Veronæ anno a nativitate millesimo ducentesimo undecimo Indictione quartadecima.

Ego Greppus Dom. Regis Enrici Notarius interfui, & rogatus scripsi.

Indi dal Vescovo Cardinale Adelardo col seguente suo Decreto 17 Luglio 1212 fu permesso a Forzano, e ad altri Canonici di S. Marco poter edificare la Chiesa e il Monistero.

DIe quintodecimo exeunte Julio in Prato Curiæ Episcopatus Veronæ in præsentia Rogatorum testium Domini Sanson

son Prioris Camaldolæ, Domini Rambaldi Archipresbyteri Plebis Sancti Floriani, Domini Magistri Castellini Archipresbyteri Plebis Insule Porcariziæ, Domini Adelardi Archipresbyteri Plebis Sancti Georgii, Presbyteri Bonumtempi de Ecclesia Sanctæ Felicitatis, Presbyteri Warimberti de Ecclesia Sancti Vitalis, Cape, Braimanti de Sancto Paulo, Bonacursii filii qu. Tebaldi de Ripa, Xani de Stablo, Vitalis de Paula, Omneboni de Broylo, Jacobini Notarii, & aliorum.

Ibique Dominus Adelardus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ac Venerabilis Veronensis Episcopus concessit Domino Forzano de hora Sancti Johannis in Valle, & Domino Henrico, atque Icerino, & eis recipientibus, pro se, & vice ac nomine aliorum suorum Fratrum, & Sororum, qui, & quæ sunt, vel pro tempore fuerint in loco inferius scripto, qui honeste, & religiose vixerint, licentiam, & parabolam dedit, edificandi ad honorem omnipotentis Dei, & sub vocabulo Beatæ Mariæ Magdalenæ faciendi Ecclesiam in terra illa Campimarcii Veronen. quam Comune Veronæ eis dedit, & Oratorii licentiam, & auctoritatem quod in prædicta terra facere disposuerint eis prestitit, statuens, ut ammodo liberum habeat Cimeterium, nec sit alicui tributo, vel oneri ullo tempore subjecta excepta libra una ceræ, quam nomine census, & in subjectionis & devotionis signum in festo Beatæ Mariæ Magdalenæ sibi suisque successoribus annuatim dari decrevit, ipsis etiam plenam, & liberam facultatem concedens tamquam ipsius Ecclesiæ fundatoribus divina officia a quocumque Presbytero Catholico recipiendi, Possessiones autem, & jura, quæ in præsentiarum rationabiliter possident, vel de cætero dante Domino Ecclesia prædicta, seu prædicti Forzanus, Henricus, atque Icirinus vel eorum Fratres, & Sorores qui sunt, vel pro tempore in Ecclesia prædicta fuerint poterunt quibuslibet justis modis adipisci, ipsis, & eorum successoribus sua, & Sanctæ Veronensis Ecclesiæ auctoritate confirmavit. Decrevit namque nominatus Dominus Episcopus, ut nulli hominum in sua dicione commorancium liceat hanc suæ concessionis, statuti, & confirmacionis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire, si quis autem id attemptare præsumpserit, & comonitus non resipuerit iram Dei Omnipotentis, & suam se noverit incursurum.

Actum est hoc Veronæ anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima.

Ego Omnebonus de Broilo Notar. Domini Imperatoris Henrici his omnibus interfui, & rogatus me subscripsi.

Ego Jacobinus Sacri Palacii Notarius rogatus his omnibus interfui, & me subscripsi.

Ego Greppus Domini Regis Henrici Notarius interfui, & rogatus scripsi.

Ma a Forzano del Castello di Verona e a' Compagni suoi sendo stato vietato fabbricare nel sito loro dalla Città assegnato, per commissione di Bartolomeo dal Palazzo Podestà di Verona, come si ha dal seguente Documento 23 Febbrajo 1212, ogn' impedimento fu tolto ed abolito.

DIe Veneris sexto exeunte Februario in Palacio Comunis Veronæ in presentia Domini Pecorarii de Mercato novo Potestatis Mercatorum Veronæ, Domini Adelardini de Capite pontis, Ottolini Notarii de Domo, Presbyteri Warimberti de Sancto Vitale, & aliorum.

Ibiqne Dominus Bartholomeus de Palacio Veronæ Potestas presente Domino Alexio de Padua suo Judice, & Domino Isnardino de Carcere, Domino Alberto de Ruzerino Procuratoribus Veronæ, Domino Conradino Illasiensi, Vivaldo, Ventura de Cagenaqua Judicibus, & Veronæ Consulibus, Domino Olderico de Enescalcho, Izerino de Musto, Manuello de Lendenaria, Amabeno de Arzilo Consulibus Veronæ retraxit, & abstulit illud interdictum quod fecerat Domino Forzano de Castello, & Enrico, & aliis suis sociis de sua Religione, de laboriero quod ipsi faciebant in Campo Marcio, & hoc interdictum ratraxit ab hoc, quia voluntas Consilii Veronæ erat, ut illud interdictum retraheretur, & præcepit ipsis Forzano, & Enrico pro se, & pro suis sociis ut claudent se super se verso Campo Marcium. Factum est hoc in suprascripto loco.

Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima.

Ego Martinus Domini Imperatoris Frederici Notarius rogatus interfui, & scripsi.

Ora

Ora Forzano colli Compagni suoi essendo intento a fabbricare la Chiesa ec. ed essendo stato il lavoro da alcuni impedito, questo ostacolo fu superato mediante il seguente Decreto di Aldobradino Marchese d' Este Podestà di Verona 15 Marzo 1213.

Die Jovis quintodecimo intrante Marcio in Palacio Comunis Veronæ in presentia Domini Magistri Nigrelli Cau. Dñi Isnardi de Goizo Cau. Dñi Floravanti filii Dñi Fini Massarii, Michaelis Not. filii Dñi Gerardi Peze, Jacobini, Rodolfini de Carnario, Marcii de Maimaca, Venturæ de Dona Marota Notariorum, & aliorum multorum.

Ibique Dñus Ventura de Domino Tebaldo de Ripa Judex, & Consul Justitiæ Veronæ tempore Domini Aldeurandini Estensis Marchionis Potestatis Veronæ ad postulationem Domini Forzani de Castello de hora Sancti Joannis in Valle Renectoris, ac Domini Domus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ pro ipsa Ecclesia, & pro ipsa Domo de Campo Marcio præcepit Durforto de hora Sancti Pauli de Campo Marcio, qui habitat juxta murum Campi Marcii filio qu. Truiti de Ulivèto, & Cazalupo ejusdem horæ filio quondam . . . . in banno decem librarum denariorum Veronensium pro uno quoque, & in districtu Sacramenti sequendi, & specialiter dicto Durforto in districtu Sacramenti quod ipse tunc fecerat facere suo mandato, & dictæ Potestatis Veronæ ne ipsi de cætero impediant ullo modo in aliquo loco murum Campi Marcii, neque debeant impedire, & quod non debeant prohibere, nec impedire dictum Dominum Forzanum vel alios, vel aliquam aliam personam pro ipsa Domo, & Ecclesia Sanctæ Mariæ levare dictum murum Campi Marcii de muro sicco, vel de alio muro cum malta calcina, pro ut Dñi dictæ Domus, ut jam dictæ Ecclesiæ voluerint ad eorum libitum, & hoc ita dixit, & præcepit dictus Consul visis, & perlectis instrumentis ipsorum Durforti, & Cazalupi de conductione, & aquisitione ipsorum, videlicet de terris juxta dictum murum positis ab alia parte ipsius muri de Campo Marcio.

Actum est hoc anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo tercio decimo Indictione prima.

Ego Grisantus Domini Imperatoris Henrici Notarius intersui, & rogatus scripsi.

En-

Entrato l'anno 1296, e desiderando i Frati e Suore di Santa Maria Maddalena edificarsi un Chiostro simile a quello del Monistero di S. Zen Maggiore, Antonio loro Priore ne fece il contratto obbligandosi pagare al Maestro Muratore quattrocento e cinquanta Lire Veronesi (che lire 4400 circa oggi sarebbono di moneta piccola Veneziana) oltre la spesa della calcina, acqua e sabbione.

Die Lunæ decimo octavo intrante Madio in Canonica Veronensi in Domo habitationis Venerabilis viri Domini Bonincontri Archipresbyteri Veronæ Præsentibus ipso Domino Bonincontro Archipresbytero Veronensi, Domino Parmexano Canonico, V. Alberto de Bajacanis de Dexenzano Dioecesis Brixiæ, atque Fratre Jacobo de infrascripto Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ testibus, & aliis.

Ibique Frater Antonius Prior Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ stipulatione solepni promisit dare, & solvere Magistro Jacobo, cui Gratasoia dicitur quadringentas, & quinquaginta libras Veron. parvorum, pro quibus quadringentis, & quinquaginta libris Veronen. parvorum ipse Magister Jacobus, cui Gratasoia dicitur pactum faciendo cum dicto Domino Priore stipulante promisit eidem Domino Priori Antonio facere unum Claustrum in dicto Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ ita altum quod bene cooperiri possit suis propriis expensis ipsius Magistri Jacobi exceptis expensis calcinæ, acquæ, & sabuli cum quatuor colonis de lapide vivo de petra rosa Sancti Zorzi cum quadraginta paribus de colonellis de eodem lapide vivo cum suis basibus, & Capitellis, cum voltulis de lapide de Avesa, & hoc ad exemplum Claustri laborerii Sancti Zenonis de Verona, promittens se non intromittere in aliquo laborerio nisi istud expleverit primo.

Eo salvo quod si Nobilis vir Dominus Albertus de la Scala (a) poneret ipsum Magistrum Jacobum ad suum laborerium proprium vel Comunis Veronæ, iidem Magister Jacobus non teneatur ad prædicta, vel ad aliquid prædictorum per ipsum tempus quod laborabit ad dictum laborerium Nobilis viri Alberti de la Scala, vel Comunis Veronæ.

Et si dictus Prior vellet laborare ad dictum Claustrum ul-

(a) Alberto Scaligero era in quel tempo Capitano del Popolo Veronese.

ultra quod dictum est quod ipse Prior teneatur dare dicto Magistro Jacobo omnia necessaria pro dicto laborerio quod ultra intendit facere; Et pro sic attendendo dicti contrahentes vicisim omnia sua bona pignori obligaverunt scilicet dictus Dominus Dom. Antonius Prior suprascripti Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ sive Conventus ejusdem pro se, & dicto Monasterio firmum, & ratum habere, & non contravenire ut superius scriptum est, sub obligatione omnium suorum bonorum, & dicti Monasterji.

Ex converso dictus Magister Jacobus, cui Gratasoia dicitur promisit, ut superius scriptum est in omnibus, & per omnia attendere, & observare sub obligatione omnium suorum bonorum, & supellectilium, & eorum que de generali obligatione tacite excipiuntur.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio Indictione sexta.

Ego Guizardus de Dom. Veronesio Sacri Palatii Notarius intersui rogatus, & scripsi.

Indi nell'anno 1300 fu riedificata la Chiesa a spese di Alberto della Scala, e alla forma ridotta che oggi si vede.

Die Lunæ vigesimo secundo Februarii in Palacio Comunis Veronæ Presentibus Magistro Crescentio de Muro de Pigna, Ser Nicolao Notario qu. D. Johannis de Beltrame, Domino Johanne Notario de Pellegrino, atque Jacobo Notario qu. D. Pagani de Ponte Petre testibus & aliis.

Ibique Magister Omnebonus, & Avancius Fratres filii qu. Domini Fini de Sancto Zenone superiori promiserunt sub pena viginti quinque librarum Veron. Dom. Bartholumeo de Armano stipulante nomine, & vice Magnifici Viri Domini Alberti della Scala continue ab inceptione laborerii Beatæ Mariæ Magdalenæ cum quatuor Magistris, & pluribus si necesse fuerint laborare ad dictam Ecclesiam, primo in elevando cuppos de Ecclesia, & pertinentia Ecclesiæ, & lignamen & ponere per se in loco congruo, & decenti, & disfacere muros usque ad fundamenta, & ponere lapides dicti muri per se, & cavare fundamenta dictæ Ecclesiæ quantum necesse fuerit, &

fa-

facere murum dictæ Ecclesiæ in altitudine, quæ placuerit Domino cum duodecim fenestris feratis, & laboratis de lapidibus, & quarellis taiatis de altitudine octo pedum qualibet. Item promiserunt facere duas fenestras rotundas in dicta Ecclesia, una sex pedum ex parte anteriori, & altera ex parte posteriori non ita magna de lapidibus de Avesa taiatis pulcras sicud tali laborerio competentes fuerit. Item facere cornixias, sive voltas cum archis rotundis in faciem dictæ Ecclesiæ de dictis lapidibus. Item facere abolium pulcrum, & condecente in facie dictæ Ecclesiæ, & hoc pro pretio, & nomine pretii quatuordecim solid. Ver. parv. pro qualibet pertica ad perticam ponti omnibus eorum sumptibus, & expensis, dando dictus Dominus Bartholomeus dictis Magistris lapides, quarellos, scaias, sablonum, calcinam, lignamen oportunum pro adjuvando dictum laborerium, & conchas necessarias. Item promiserunt rezani dictæ Ecclesiæ . . . . ben, & decenter laborare secundum Dño Johanni Notario de Pellegrino placuerit; & visum fuerit habendo pro dicto laborerio reze ultra suprascriptum pretium quinque sol. Venetorum grossorum.

C

Anno Dñi millesimo IIJ Ind. X. III.

Ego Torellus Notarius D. Nicolai de Vinendono hiis interfui, & rogatus scripsi.

Della Chiesa e Monistero di S. Maria d' Arcarotta.

LAddove di questo Monistero parlato abbiamo s'è detto ch'era edificato nel Borgo di S. Giorgio sulla sponda del fiume Adice, e come eranvi alcune Monache di S. Benedetto insieme con alcuni Monaci dell'istesso istituto. Ma per documenti posteriormente osservati siamo venuti in cognizione, che i Fratti nel solo Priore consisteano, dal quale eran le dette Monache governate, ed assistite anche da uno o due Cappellani, onde impariamo che il detto Monistero in tanto era doppio in quanto le rendite eran communi al sostentamento sì de' pochi Fratti, che delle Monache. E in fatti del

1292

1292 essendo ridotto il Monistero ad estrema povertà, ed essendo stato perciò soccorso dal Vescovo Piero I della Scala coll' assegnamento di alcune Decime, il Priore per il Monistero ne fu investito; Lo che s' impara dal seguente documento, il cui originale nell' Archivio del Monistero di S. Martin d' Avesa si custodisce.

Die Jovis vigesimo quinto Aprilis in Episcopali Palatio Veronæ; Præsentibus Dñp: Zambonino Monacho Capellano infrascripti Domini Episcopi, Fratre Jacobo de Sancto Gabriele, Omnebono de Azonis Canonico Plebis Villæfranchæ, Viviano filio Domini Bonaventuræ de la Scala de Pergomo (a) & Gualacino de Zuchinmanis de Pergomo Notario Curiæ Episcopalis Veronæ testibus, & aliis. Venerabilis Pater Dñus Frater Petrus de la Scala Dei Gratia Episcopus Veronensis, volens consulere in aliquo inopiæ Monasterii Sanctæ Mariæ de Charupta extra Veronam pietatis intuitu, & pro remedio animæ suæ, suorumque predecessorum, cum carta quam in manu tenebat nomine locationis in perpetuum investivit Dominum Fratrem Brixianum Priorem dicti loci recipientem nomine, ac vice ipsius Monasterii de decima, & jure decimationis, & pereeptionis ipsius unius petiæ terræ jacentis prope dictum Monasterium, cui petiæ terræ coheret ab una parte Flumen Attacis, a secunda strata Tridentina, a tertia Prognum, & a quarta quoddam aliud Prognum sive Fossatum, tali modo quod prædictus Dominus Frater Brixianus Prior dicti Monasterii Sanctæ Mariæ de Charupta, & ejus successores perpetualiter habere, & percipere, & possidere, vel quasi debeant decimam suprascriptæ petiæ terræ dando, & solvendo omni anno fictum pro dicta decima dicto Domino Episcopo, & Episcopatui Veronæ mediam libram piperis semper in Festo Sancti Thomæ de Natali, & si dictum fictum ad dictum terminum non solverit infra octavam induplet. Dans idem Dominus Episcopus pro Episcopatu Veronæ dicto Fratri Brixiano Priori dicti loci licentiam sua auctoritate intrandi tenutam & corporalem possessionem

(a) *D' un altro Bonavventura della Scala si legge in Carta lacera nel fine d' un Codice Capitolare:* Die Lunæ XV intrante Aprilis MCCXLVII decapitati fuerunt D. Bencii Bonaventuræ Scalarum Ongarello de Scala sub Potestate Domini Encerini de Egna.

vel quasi dictæ decimæ quandocumque voluerit sua auctoritate, manifestans pro eodem Priore, & nomine dicti loci ipsam decimam possidere, vel quasi, donec de ipsa possessione, vel quasi acceperit corporalem. Mandans idem Venerabilis Pater Dñus Episcopus universis, & singulis personis laborantibus, & tenentibus de terris, & possessionibus positis in dicta petia terræ quatenus de decima ipsarum terrarum, & possessionum sub excomunicationis pæna dicto Domino Fratri Brixiano Priori dicti loci, (a) & ipsi loco, & Monasterio de cætero debeant respondere, & pro eodem ipsam decimam manifestare debeant tenere, & eidem de cætero respondere.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo Indictione quinta.

Ego Jeronimus de Johanne Episcopalis Veron. Curiæ Scriba interfui ac rogatus scripsi.

Era fraternalmente unito a questo Monistero quello di Santo Apollinare di Lugo, lo che s'impara da un Rotolo esistente nella Cancelleria dell' Abate Zenoniano di Verona del dì 8 Luglio 1339. Ind. VII, il cui tenore è questo.

IN Xpi Nomine die Jovis octavo Julii in Monasterio Sanctæ Mariæ de Arcarupta prope Veronam presentibus Dño Nicolao Judice de Albertis, Ser Barono Notario quondam D. Boninventi de Clavica, R. Bonifacio quondam Dñi Manfredi Azesio, Petro quondam Enrici de Santa Maria ad Fratam, atque R. Jacobino quondam D. Antonii de Beveraria testibus, & aliis rogatis. Coram Rev. & Religioso Viro Dño Omnebono de Pellegrino Dei Gratia Abb. Monasterii Sancti Zenonis de Verona tamquam coram Judice Ordinario, & superiori suo, & cui Monasterium Sancti Apollinaris de Lugo Diocesis Veronensis, & locus Sanctæ Mariæ de Arcarupta prope Veronam, & Priorissa, & Sorores seu Moniales dictorum locorum subsunt & sunt immediate subiectæ. Comparuit Soror Antonia Priorissa dictorum Monasteriorum &

(a) In Carta dell' Archivio della Santa Congregazione si ha documento da cui s'impara che il detto Fra Brixiano l' anno 1295 *Interfuit in compromisso* come uno del Clero per la Elezione del Vescovo di Verona.

& Soror Jacoba Sorores seu Moniales dictorum Monasteriorum pro se, & aliis Sororibus, & Monialibus dictorum locorum, & permanentibus in locis prædictis, & humiliter, & debita reverentia, & flexis genibus petierunt absolutionem, & se absolvi debere, & dictas suas Sorores a quadam sententia excomunicationis lata per prædictum Dominum Abbatem in prædictam Priorissam, &, Moniales occasione quarundam literarum missarum per dictum Dominum Abbatem dictis Priorisse & Monialibus, in quibus literis inter cætera continebatur quod deberent recipere quandam Sororem Benedictam Sororem dicti Monasterii Sancti Apollinaris in dicto Monasterio, & eidem alimenta prestare, prout hæc & alia in dictis literis plenius continentur presentatis dictis Priorisse & Monialibus, seu aliquibus earum ex parte prædicti Domini Abbatis; quæ quidem omnia prædicta Priorissa, & Moniales facere contempserunt contra formam juris, & Jurisdictionis dicti Domini Abbatis, pro ut dicta Priorissa, & dicta Soror Jacoba pro se, & aliis Monialibus in presentia dicti Domini Abbatis, & testium suprascriptorum, & mei Notarii infrascripti dixerunt, & confessæ fuerunt dicentes etiam, & confitentes prædictum Dominum Abbatem, & Prædecessores suos esse, & fuisse per longa, & longissima tempora retroacta Judicem Ordinarium seu Judices Ordinarios Priorissæ, & Monialium dicti Monasterii Sancti Apollinaris de Lugo, & dictum Monasterium subesse dicto Domino Abbati Sancti Zenonis, & ejus Monasterio tamquam suo Judici Ordinario, & Rectori, Protectori, & Gubernatori dicti Monasterii Sancti Apollinaris de Lugo, & nunc Ecclesiæ loci Sanctæ Mariæ de Arcarupta prope Veronam tamquam loci, & partis dicti Monasterii Sancti Apollinaris de Lugo; petentes etiam a dicto Domino Abbate per ipsum tolli, & removeri omnem sententiam interdicti, & suspensionis latam per dictum Dñum Abbatem in dictas Priorissam, & Sororem dicti Monasterii Sancti Apollinaris, & Monasterium prædictum renunciantes expresse, & ex certa scientia omni appellationi & processui facto, & interposite per Dominum Federicum de Avio tamquam Sindicum dictarum Priorissæ, & Monialium ad Archipresbiterum, Capitulum, & Canonicos majoris Ecclesiæ Veronæ sub pretexto, & occasione dictarum literarum & sententiarum latarum per dictum Dominum Abbatem, promittentes in virtute Sancti

Spiritus, & obedientiæ pro se, & aliis Monialibus, & Successoribus suis dicto Domino Abbati recipienti pro se, & successoribus suis veram obedientiam tamquam vero, & Ordinario suo Judici, & ejus mandata integraliter observare, quæ verus, & Ordinarius Judex suis subiectis imperare, & percipere potest. Qui Dominus Abbas audita suprascripta petitione & volens benigne, & misericorditer agere cum prædictis Priorissa, & Monialibus, reputans ipsam propriam, & per negligentiam, & ignorantiam secundariam non ex dolo, & malicia processisse contra prædictas sententias, & contemptum dictarum literarum, & in vigore appellationis prædictæ . . . . . . prædictam Priorissam, & Sororem Jacobam a prædictis sententiis excomunicationis, suspensionis, & interdicti pro se, & dicto Monasterio suo benignissime absolvit, & munus absolutionis impendit tamquam earum Judex Ordinarius, & ipsas sententias excomunicationis, suspensionis, & interdicti totaliter viribus vacuavit; reservata sibi pœnæ condignæ impositione dictis Priorisse, & Monialibus suis sibi, & arbitro suo videbitur inferrenda, & salvo quod dicta absolutio nihil profit neque dictæ sententiæ sublatæ videantur quoad ad alias Moniales dicti Monasterii absentes, nisi primo suprascripta omnia confirmaverint, & confessæ fuerint vera esse, & absolutionem a dicto Dño Abbate similiter tamquam a suo Judice Ordinario petierint.

IN Xpi Nomine die Lunæ duodecima Julii in loco Sanctæ Mariæ de Arcarupta Presentibus Fratre Philippo de Rocio, Lafranchino quondam Dñi Brunacii de Verona & Bonifacio quondam D. Manfredi, accesso Petro quondam Henrici de Sancta Maria ad Fratam, atque Fratre Zenone Monaco Sancti Zenonis testibus, & aliis rogatis. Coram Reverend. Viro Dño Dup. Omnebono Dei Gratia Abbate Monasterii Sancti Zenonis de Verona comparuit Soror Caterina, Soror Jacoba, Soror Bartholomea, Soror Raterina, Soror Blondalis, & Soror Benedicta Sorores, & Monacæ Capituli, & Conventus Sancti Apollinaris de Lugo, & umiliter, & cum debita reverentia flexis genibus laudaverunt abprobaverunt, & confirmaverunt suprascritam &c.

Fu poscia il Monistero d'Arcarotta per la spianata demolito, perlocchè da Leon X fu permesso a' Padri Minori Osservanti Francescani,

suc-

successi alle dette Monache, un altro altrove edificarne, come dal seguente suo Breve s'impara; il cui originale appo gl'istessi Padri si custodisce.

Dilecto Filio Ministro Provinciæ Sancti Antonii Ordinis Minorum regularis observantiæ secundum morem ejusdem Ordinis.

LEO PAPA X.

DIlecte Filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti quod cum Domus Sancti Francisci Archeruptæ in Suburbio Veronensi Ordinis Fratrum Minorum regularis observantiæ propter bella, quæ annis elapsis in illis partibus viguerunt penitus destructa fuerit, tu cuperes in aliquo alio loco agri Veronensis ad hoc oportuno unam Domum pro habitatione Fratrum dicti Ordinis, qui in dicta Domo si destructa non esset habitare debebant construi, & ædificari facere. Quare humiliter nobis supplicare fecisti, ut tibi edificandi domum hujusmodi licentiam concedere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ut in aliquo loco agri Veronensis ad hoc opportuno unam Domum sub invocatione prædicti Sancti Francisci Archæruptæ, vel alia, de qua tibi videbitur, cum Ecclesia, Campanili humili, Campanis, Cimiterio, Dormitorio, Refectorio, Claustro, Hortis, Hortalitiis, & aliis officinis necessariis pro perpetuis usu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis construi, & ædificari facere valeas, & Fratres ejusdem Ordinis illam recipere, & perpetuo inhabitare, ac Domus ipsa, & illius pro tempore Guardianus, & Fratres omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, prerogativis, Indulgentiis, indultis, & gratiis, quibus aliæ quæcumque dicti Ordinis Domus, illarumque Guardiani, & Fratres quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, uti potiri, & gaudere libere, & licite valeant, jure tamen Parochialis Ecclesiæ in omnibus semper salvo, tenore presentium indulgemus. Quo circa dilectis filiis Abati Monasterii Sancti Nazarii, & Archipresbitero, ac Nicolao Pla-

Placentino Canonico Ecclesiæ Veronensis per hæc scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios auctoritate nostra faciant te, nec non Guardianum, & Fratres pro tempore Domus ædificandæ hujusmodi illa nec non concessione hujusmodi pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos, seu vestrum aliquem desuper contra tenorem præsentium modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari, Contraditores quoslibet, & rebelles per Ecclesiasticas, & pecuniarias, ac alias qualcumque, de quibus eis placuerit censuras, & pænas & alia juris ordinis remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis: non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri prohibente ne quivis Ordinis Mendicantium Fratres nova loca ad habitandum recipere præsumant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali plenam, & expressam de prohibitione hujusmodi mentionem faciente, ac aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus, etiam juramento Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis sub quibusvis verborum formis, ac etiam cum irritativis, annullativis, cessativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogaritoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis a Sede prædictà quomolibet emanatis, & emanandis, quibus etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit. Tenores hujusmodi pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, nec non modos, & formas . . . . servandos pro individuo servatis habentes, ac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII. Dicembris M.D.XX. Pontificatus nostri anno octavo,,

Conservasi in questa Chiesa lo Stocco di S. Martino, che per lunga

lunga stagione era stato conservato in quella di S. Martino Acquario. Ciò imparasi da quest' altro documento copiato da un Rotolo nell' Archivio de' Padri Francescani d' Arcarotta.

FErtur Ensem Divi Martini, quem dum rei militari operam daret, accingebat, multis annorum lustris exactis, hoc in celeberimo Arcæruptæ loco fuisse reconditum. Quomodo autem, & unde huc pervenerit, pauci quidem sciverunt: quo fit ut brevi compendio hujus rei memoria perstringitur, & ante oculos afferatur. Ut non solum recentioribus innotescat, verum etiam ad posteros trasferatur; Constat enim partim ex vetustissimo monumento, partim ex relatu viri senio confecti, vitaque integerimi memoratum ensem ante Castri veteris constructionem in Ecclesia Divi Martini Veronæ sita juxta amenum Athesim longissimo tempore summa veneratione habitum fuisse: sed postquam Canis Grandis Scaliger ejus nominis secundus struxit Arcem ipsam Veterem anno incarnati Verbi MCCCLIIII, qua templum inclusit, solita veneratio, ac populi frequentia, ab eo loco plurimum defecit, & quia Gulielmus Bivilacqua equestri Ordine insignitus, qui ob ejus dignitatem, & auctoritatem structuræ hujus primus fundamenta jecerat, timens ne a prædonibus ensis reliquiæ raperentur, aut alio sinistro modo deperderentur propter crebras rerum mutationes, curavit eas tollere, & in proprios lares apportare, ea tamen intentione, ut restituerentur, aut alio tuto loco reponerentur. Transactis inde nonnullis annis eo Gulielmo defuncto, quum duo Fratres ex prestanti Familia Bivilacqua ad bonorum divisionem devenissent, uterque eorum affectabant, ut apud se esset ensis, quandoquidem ea res sibi multum decoris, & ornamenti esset allatura. Mater vero mulier præstantissima nomine Dina timens ne filii ob eam rem sevirent inter se, eos rogavit, ut ensem apud se dimitterent, quo vita viduali constituta recreari possit (profitebatur enim vitam Tertii Ordinis Beati Francisci) filii autem verborum delcedine moti annuerunt desiderio materno. Consueverat illa, & devotionis, & confessionis gratia frequentare locum Arcæruptæ ubi decrevit rem solito Confessori propalare. Ille rem detestatus suggessit Venerabiles Reliquias per seculares detinendas non esse, & simul hortabatur aliquo pio, & religioso loco deponi, quo devotionis causa ab omnibus aditus

tus haberi posset. Mulier tali saluberrima admonitione composita, prius divino suffragio implorato motu proprio Ecclesiam Arcæruptæ delegit, ubi reliquias Sanctissimi Martini deposuit perpetuo remansuras. Habes ergo Lector rei seriem. Venerare igitur ensem, quo Martinus vestem divisit, & pauperi roganti elargitus est, propter quod meruit videre Christum nocte sequenti. Rogemus & nos ipsum, ut ope sua adjuti ad æternæ gloriæ gaudium pervenire possimus.

Data in Monasterio Sanctæ Mariæ de Arcarupta extra mænia Veronæ, Tridentum versus Anno Dñi MCCCCLXXXXV. Indictione XIII. Tertio Idus Novembris.

P. P. Cor.

Della Chiesa di Santa Maria del Camaldolino.

Alle notizie di questa Chiesa non ci resta altro aggiungere se non se la seguente Iscrizione che è alla Porta maggiore della stessa Chiesa.

T. Deiparæ Virgini Mariæ sacrum sub
D. Archangeli Michaelis
Monachorumque ipsius Coenobii Murian.
Camal. Or. tutella
Anno MDLXX. Kal. Martii.

E quest'altra ancora che è dentro della detta porta.

Quæ turpi Aditu ad vetuss. Ædem Hanc
Cernebantur
D. Ventura Minardus Athestinus S. Michaelis Muriani Vicarius decensiori
Formæ redigere curabat anno nativitatis Christi MDLXXI.

Del-

Della Chiesa di Santa Maria di Montorio.

LA Chiesa antica Parrocchiale era quella che ora desolata sussiste nel Castello. Chi dice che fu consecrata del 1119, e chi del 1128 dal Vescovo Bernardo. Comunque sia, questo è certo che fu consecrata in quel tempo. Come si ha nel Documento 17 non 16 Giugno 1213, impresso alla pag. 75 del Terzo Libro, li Chierici di detta Chiesa aveano la loro Residenza nel Castello, ond'è chiaro, che in quella insieme col loro Arciprete si viveano collegialmente. Quando sia stata edificata la Parrocchiale d'oggidì non siamo arrivati a saper noi. Altrove una parte del testamento di Cortesia Serego riferita abbiamo, cioè quella ove ordina che nel caso venisse ad estinguersi la di lui discendenza edificar si debba a Santa Sofia nella Val Pollicella, oppure in Montorio un Monistero. Ma se accanto alla Chiesa di Santa Sofia, o a quella di Santa Maria di Montorio edificar si debba esso non dichiarando, è cosa ragionevole, che ne' di lui beni, che nelle terre di Santa Sofia, e di Montorio possedea, abbia inteso che il Monistero si debba, succedendo il caso, edificare.

Della Chiesa di Santa Maria Nuova de' Miracoli.

PEr Decreto Vescovile 5 Luglio 1571, accennato in altro scritto li 7 dello stesso mese, dato fuori dal Perini nella sua Storia delle Monache di S. Silvestro, alla pag. 386 di questo Volume s'è detto essere stata trasferita nella suddetta Chiesa la cura della Parrocchia della Chiesa antica di Santa Croce. In virtù della qual traslazione al Rettore della medesima Chiesa, chiamata allora di Santa Maria sopra le acque di Cittadella, furono trasferito insiemi col Sacro Fonte Battesimale anche i libri de' Battezzati, de' Matrimonj e de' Morti della soppressa Parrocchiale. Questi libri essendo stati cominciati dal Cappellano di Santa Croce, furono preseguiti da quello di Santa Maria Nuova. Il che ho qui voluto ripetere,

acciò alcuno veggendo quelli conservarsi nell' Archivio della nuova Chiesa Parrocchiale a credere non s' inducesse, che anteriormente all' anno 1571 in questa il jus Parrocchiale si esercitasse. Dal Libro dunque de' Matrimonj principiato dal Cappellano della Chiesa antica di Santa Croce, proseguito dal Rettore di quella di Santa Maria Nuova due matrimonj in quello registrati copiati avendo, quì in prova li produciamo.

Die 14 Aprilis 1567.

COntractum fuit matrimonium præmissis tribus denuntiationibus per verba de præsenti in Ædibus infrascriptæ Dominæ inter D. Jacobum Custoziam de Villafranca habita prius fide competenti a Reverendo D. Mauro Sanguenedo loco Reverendi Curati illius Villæ, & D. Laurentiam Jenuensem fil. qu. D. Baptistini de Arecho uxorem qu. in primo matrimonio D. Andreæ Crescini de S. Cruce, me Josepho Stella Capellano vici S. Crucis præsente &c.

Die 30 Aprilis 1573.

NObilis Hieronymus filius qu. D. Vicentiis de Serenellis dixit se vel'e in uxorem Nob. D. Juliam D. Gaspari de Gallicis præmissis tribus denontiationibus factis in Ecclesia Sanctæ Mariæ super aquas Cittadellæ.

Degli Abati di Santa Maria in Organo.

SEcondo i Documenti che ci furono esibiti dalla F. R. *del Padre D. Ippolito Bevilacqua Monaco Olivetano in questo Monistero, la serie degli Abati dell' istesso Monistero descritta abbiamo. Ma per altri Documenti posteriormente osservati avendoci alcune ommissioni scorte, cosa convenevole ci pare di darla fuori tra questi Supplementi migliorata. Che che dunque sia da credere dell' Abate* Feroce, *al quale viene attribuita nel VI Secolo la fondazione del detto Monistero, alle pagine 295 e 296 del Primo Libro di quest' Opera già detto avendo, scenderemo immediatamente a confermare come circa l' anno*

744 Andrea *era Abate di questo Monistero. Il qual Moniste-*

ro, che fino in questo tempo veramente esistesse s' impara dal seguente Privilegio di Berengario Primo, che nel calto Q. n. 5. di quell'Archivio si custodisce.

IN nomine Dñi nostri Jhesu Christi Dei Eterni Berengarius Divina favente gratia Rex. Ad hoc terrenæ dignitates, & potestates sublimioribus conferuntur, & inferiores auxiliis destituti eorum patrocinio subleventur, & in augendis tuendisque rebus Ecclesiarum Dei solerti cura invigilare non desinant illum præ oculis semper habentes, a quo jura regiminis suscepero. Quapropter cunctorum Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorum scilicet præsentium, & futurorum noverit industria, quod Gundelbertus Ven. Abbas Monasterii Sanctæ Mariæ, quod est in Comitatu Veronensi situm in loco qui dicitur Organo Serenitatem nostram adiens postulavit, ut omnes res, & familias ad idem Monasterium pertinentes, quæ ibidem Liutprandus, & Ilprandus Langobardorum quondam Reges contulerunt, quæque ab aliis fuerant hominibus delegatæ, quasque in posterum Domino donante fuerat adepturus sub nostræ regali tuitione, & emunitate salvandas, tuendasque reciperemus sicut per præcepti tenorem opanuearat quod ante a divæ memoriæ Hludovico fuerat institutum.. Nos itaque ejus petitioni aures libenter accomodantes hoc nostræ munificentiæ præceptum fieri jussimus, per quod jam dicto Monasterio omnia quæcumque ibidem sive a Regibus, sive a quibuscumque aliis juste legaliterque collata sunt, & conferenda confirmamus, eaque omnia sub nostra Emunitate tuenda recipimus. Præcipientes, ut nullus temere præfati Monasterii res mobiles, sive immobiles absque legali judicio invadere, occupare, aut usurpare præsumat, ut liberam in ibi Domino famulantes habeant facultatem pro nobis nostrisque parentibus Christo vota solvendi. Super hæc si quando litigatum, aut contentio oborta fuerit de rebus præfati Monasterii, ut per vicinos, & cohabitatores loci inquisicio fiat ut rei veritas illucescat. Concedimus etiam ad cumulum mercedis nostræ eidem venerabili loco portaticum, quod Comitatui Veronensi olim dabatur, scilicet pastum unum quod annueminiferis, & Actoribus Reipublicæ solvebatur; & ut libertates habeat ubicumque in Comitatu prædicto exerc re negotia sive in Rovescello sive aliis quibuscumque locis voluerit absque

alicujus Telonei exactione. Quæ singula ita rata, & firma in perpetuum manere sancimus, ut nullus Reipublicæ minister aut Actor homines eidem venerabilis loci proportatico teloneo distringere, pignerare, aut molestiam aliquam inferre præsumat. Sed sicut a nostro sunt jure concessa firma, & inconcussa omni perdurent in tempore, ut nobis nostrisque ad salutem perficiant animarum. Si quis autem contra hoc nostræ concessionis, ac donacionis præceptum ire temptaverit, sciat se compositurum quinquaginta libras auri obrizi, medietatem Palacio nostro, & medietatem sepe nominato Monasterio. Ut autem ab omnibus verius credatur, diligentiusque observetur manu propria subtus confirmavimus, & anuli nostri insigniri jussimus.

Signum Dñi Berengarii Serenissimi Regis.

Teudbertus Notarius ad vicem Adelardi Episcopi Archicancellarii recognovi, & scripsi.

Dat. pridie Kalendas Marcii anno Incarnacionis Domini DCCCLXXXVIIII.

Anno vero Regni Dom. Berengarii gloriof. regis III. indictione VII. Actum Veronæ in Dei nomine feliciter Amen.

800 Gudenberto, o Guadalberto. *E del*

812 Romualdo. *Indi del*

831 Audiberto, *nominato anche in Rotolo dell'* 832 *nell'Archivio de' Canonici della nostra Cattedrale.*

854 Rodemario. *E' forse quello che col nome di* Marco *fu da noi registrato; e fu copiato* Rever. Marcus *in vece di* Rodemarius *per avventura.*

860 Romualdo, Romildo o Rimaldo.

882 Gundelberto.

901 Rodiberto. *Il Perini lo registra del* 903 *nel XV anno di*

di Berengario; ma per questo appunto dev' esser posto del 901, *avendo principiato a regnar in Italia l' anno* 886. *In altri Documenti però si chiama* Astueberto.

925 Pietro.

963 Audiberto. *Ed è nominato in Carte del* 985, 986, 987 *e* 992, *onde fu uno sbaglio il metter l' Abate Giovanni all' anno* 987, *dovendosi anzi registrare sotto l' anno* 1009.

1000 Martino.

1009 Giovanni *sopraddetto detto* Jolio *in altri Documenti*. *Di questo Giovanni si parla anche in Carta del* 1011.

1011 Domenico.

1025 Agostino.

Benedetto *del* 1032, 1035 *e* 1036.

1040 Ingelberto *del* 1046 *e* 1049.

1055 Pietro.

1067 Martino *del* 1075, 1082, 1083 *e* 1090. *Onde malamente fu posto all' anno* 1082 Marano, *e forse anche all' anno*

1104 Marino *in vece di* Martino.

1106 Vido *o* Vito.

1110 Tommaso *nominato anche in Carta del* 1121.

1121 Vido *o* Vito *un altra volta*.

1129 Viviano, *del quale si parla in Carta del* 1136.

1151 David.

1154 Villano.

1170 Placido.

1171 Villano *un altra volta*. *Poi del*

1176 Placido *per la seconda volta*. *E nell' istesso anno* Obizzone.

1191 Guidotto *eletto*. *Fu poi confermato del* 1192 *da Gerardo Vescovo di Belluno, e da Ugone Abate di S. Zen Maggiore di Verona quai Delegati di Gottiffreddo Patriarca d' Aquileja*.

1200 Bernardo; *e nel medesimo anno*

Guidone, *forse Guidotto, del quale si parla in Carta del* 1207.

1209 Alticherio.

1211 Marchesio *nominato anche nel* 1213.

1214 Alticherio *suddetto*. *Poi del*

1215 Marchesio.

1231 Bernardo *ricordato in Carte del* 1233 *e del* 1247.

1254

1254 Gualtiero *nominato anche del* 1255.

1255 Olderico, Alderico, o Alberico *fu eletto li* 14 *Luglio; ma insorta contesa sopra la di lui elezione tra i Monaci del Monistero da una parte, e i Chierici e Prebendarj della Chiesa di Santa Maria in Organo dall'altra; i quali tutti aveano voce in Capitolo e nella elezione dell' Abate; dall' anno* 1255 *fino al* 1273 *furono eletti ed intrusi altri Abati*: Manzeto *del* 1265: Bartolomeo *nel* 1267; *indi* Niccolò. *I quali tutti non furono legittimamente eletti; ma del*

1273 Manzeto *nel mese di Luglio fu confermato.*

1289 Alberto.

1297 Nicola.

1297 Alberto; *e nell' istesso anno*

Ognibene.

1304 Alberto.

1305 Francesco de' Martelli *in Gennajo.*

Anterico *da Padova in Febbrajo; indi il suddetto*

Alberto *per la quarta ed ultima volta; sendochè del* 1308 *fu ucciso da alcuni disoluti Monaci. Veggasi di ciò alla pagina* 304 *del Primo Libro.*

1309 Ognibene *fu eletto e confermato da Ottobono Patriarca d' Aquileja, e fu benedetto da Teobaldo Vescovo di Verona per commissione del detto Patriarca senza pregiudizio della giurisdizione della Chiesa d' Aquileja e della Badia di Santa Maria in Organo.*

1367 Bartolomeo.

1383 Francesco Martelli *Veronese, eletto da Urbano VI Pontefice. Di questo Abate si han notizie anche nel* 1396.

1390 Antonio Frascenedo *Padovano, essendo stato creato Abate in tempo che il Martelli era Abate tuttavia, quinci impariamo che la Badia di Santa Maria in Organo fu posta in Commenda; e tale continuò finoattanto che fu conceduta la Chiesa e il Monistero di Santa Maria in Organo a' Monaci di Monte Oliveto; da' quali ne fu preso il possesso l' anno* 1444.

1399 Ognibene *fu dato per successore al Martelli nell' Abazia Claustrale; E a questi del*

1401 Natal Dandalo *Veneziano. Li* 10 *Dicembre dell' istesso anno era Abate Commendatario* Antonio *sopraddetto e sì morì in Novembre del* 1423, *come s' è detto alla pagina* 305 *del Primo Libro di queste Notizie. Del*

1423

1423 Nicola d' Anzelerj *fu Abate Commendatario, continuando il Dandalo nella Badia Claustrale. Successe all' Anzelerj del*

1426 Antonio Corraro *Veneziano; continuando il Dandalo nella Badia Claustrale fino nel* 1439, *nel quale i Monaci di questo Monistero erano quasi affatto estinti. Il Corraro rassegnò poscia la Commenda, onde fu conferita la Chiesa e il Monistero a' Monaci Olivetani, come si legge alla pag.* 309 *del citato Velume nostro.*

Della Chiesa di Santa Maria Rocca Maggiore.

O *Perchè edificata nella Rocca maggiore del Castello di Verona, oppure perchè in vicinanza di quella fosse fondata col sopranome di Rocca Maggiore fu detta questa Chiesa. Che la detta Rocca, insieme colle mura dette il muro nuovo, di là dal fiume Adige da Teodorico Re de' Gotti sia stata edificata, come altrove accennato abbiamo, non è verisimile, ma piuttosto al tempo de' Longobardi, per le ragioni che un giorno, a Dio piacendo, saranno ricordate e considerate.*

Della Chiesa di Santa Maria in Solaro.

E' *Opinione di un moderno Antiquario Veronese, che qualunque volta ne' vecchj Documenti il nome di* Solaro *si trova scritto, pensar si debba che d'un pubblico Palazzo si parli:* Hoc autem Solarii nomen in veteribus documentis, ut in uno circa anno MXX vidimus publicum Palatium puta Regis, Ducis, Pretoris &c significabat. *Così egli nella Storia della Chiesa de' Santi Fermo e Rustico di Cort' Alta appo l' odierno Rettore della detta Chiesa; onde argomenta che la Chiesa di Santa Maria in Solaro, che è dalla suddetta non guari discosta, per esser stata edificata ov' era il Palazzo de' Pressidi de' Romani, quindi col sopranome di* Solaro *sia stata appellata. Questa opinione seguendo noi abbiamo altrove le stesse cose scritte. Ma per altri monumenti posteriormente osservati, e quello singolarmente della Consecrazione della Chiesa de' Santi Appostoli impresso alla pag.* 521 *di questo Volume, nel*

qual

qual si dice, che il Vescovo salì sopra il Solaro *della Porta di quella Chiesa, ci siamo accorti essersi l'Antiquario in questa parte ingannato; avvegnachè non un Palazzo questo* Solaro, *ma una loggia, una sala, e più altre cose significa, molte delle quali copiate dal Glossario del Du Cange ci piace quì per ciò riferire:* In locis vero non consecratis, id est in Solariis sive in Cubiculis, propter infirmos, vel longius iter, a quibusdam Presbyteris sacrificium offerebatur, quod omnimodo interdictum est (a) Dormiens in Solario, quod Ecclesiæ, & Cæmeterio imminebat (b) De fenestra Solarii portæ Clericorum respiciens vidit plures pauperes illum sequentes (c) Solarium vero cum Caminata faciant (d) Et in Valle Biania ipsos Solarios cum ejus Ecclesia (e) Eisque suam Domum, in qua manerent, & Solarios, sive Cellaria, & alia Ædificia, quæ ad suum opus hebebat, tradidit (f) Dedit Solarium suum qui est apud Ecclesiam de Sando, in quo Gautfredus Præpositus ædificavit Domum (g) Dederunt Deo, & Sancto Petro Vosiensi Solarium quod erat juxta Ecclesiam Sancti Victoris, &c. (h) *Io non so se il Documento dall'Antiquario veduto sia lo stesso che fu dato fuori dal non mai abbastanza lodato Sig. Muratori alla pag. 129 della Prima Parte delle Antichità Estensi, cioè un giudicato di Arrigo il Santo Imperadore a favor dell'Abate e Monistero di S. Zen Maggiore di Verona per sei Chiese nel Contado di Trivigi li 6 Dicembre* 1022, *nel quale queste farmali parole si leggono:* Dum in Dei nomine foris, & non multum longe Urbium Veronensium In Solario proprio Beatissimi Sancti Zenonis Confessoris Christi, quod est constructum juxta prædictum Monasterium Sancti Zenonis, ubi nunc Beatum, & Sanctum Corpus humatum quiescit in pace, In Caminata Dormitoria &c, *Ma se pure questo sia*

(a) Concilium Metense ann. 888 Cap. 8.
(b) Math. Paris ann. 1161.
(c) Cesarius Heisterb Lib. VI. Cap. V.
(d) Charta Gontrani Reg. ann. circ. 577 Tom. IV. Gal. Christ, novæ Edit. Col. 222.
(e) Charta ann. 1017 in Append. ad Marcham Hispan. Col. 1003.
(f) Gesta Aldrici Episcop. Cenoman. apud Baluz. T. III Miscellan. pag. 7.
(g) Tabular. S. Petri Vosiensis fol. 65 V.
(h) Charta apud Stephanot. D. II Antiquit. Bened. Lamovic. mss. pag. 290.

sia il Documento da lui veduto avrebbe male per Solaro *inteso il Palazzo dell' Abate Zenoniano; avvegnachè in questa Carta della sala di quel Palazzo si parla; e seguendo a dire immediatamente che il Giudicato fu pubblicato in* Caminata Dormitoria, *in una delle Camere contigue alla detta, sala per mio avviso, si deve intendere, come spiega lo stesso Du Cange. Che se pure alcun Documento veduto avesse nel quale un qualche Palazzo fosse stato col nome di* Solaro *appellato, non ne seguirebbe per questo, che ogni qual volta che il nome di* Solaro *ne' vecchj Documenti s'incontra s'abbia a tener per certo che d'un Palazzo intender si debba, molte altre cose questo nome significando, come veduto abbiamo. Non si può dunque asserire che alla Chiesa di Santa Maria vicina a quella de' Santi Fermo e Rustico di Cort' Alta sia stato il sopranome di* Solaro *imposto, perchè fu edificata nel sito ov' era un pubblico Palazzo; mercecchè, o per una loggia che ivi era, e nella quale una Immagine di Nostra Signora era per avventura esposta, o per altra cagione può esser che un tal nome le sia stato dato. A' tempi nostri sussiste una di queste loggie sopra la Porta maggiore della Chiesa Cattedrale, e a questa si può giustamente attribuire il nome di* Solaro, *come lo si può attribuire anche al picciol tetto che è sopra la minor Porta della medesima Cattedrale sostenuto da due colonne a somiglianza di quello che è sopra la Porta della sovr'accennata Chiesa de' Ss. Appostoli; nell' architrave della qual Porta, in memoria della Consecrazione di detta Chiesa furono le tre Croci scolpite, che vi si vedono tuttavia.* Solari *appellansi i tetti delle Camere, li Granari ed altre simili Stanze più delle altre al Sole esposte, onde coll' istesso nome di* Solaro *eziandio chiamar si possono le Seccadore o Barchesse. E finalmente anche le Sale de' pubblici Palazzi di Giustizia, tale negli Statuti antichi della Città nostra il Palazzo della Ragione appellandosi.*

Della Chiesa e Monistero di S^ta^. Maria delle Vergini nel Campo Marzio.

PEr *l' Iscrizione che è sopra una piccola Campana appesa nel Chiostro di questo Monistero, e perchè affermava il Canobio che l' istesso fu edificato del* 1081, *a credere c' inducemmo ciò*

che altrove s' è detto, cioè, che essendo abitato da Monache di S. Benedetto, fosser queste persuadute da Ugolino Vescovo Ostiense ad abbracciare circa l'anno 1226 il Francescano Istituto. Ma avendo veduta poscia nell' Archivio del Monistero di Santo Antonio dal Corso cal. III. m. 2. n. 3. la seguente donazione fatta da Gerardo Pecoraro li 12 Gennajo 1224 ad alcune Monache dell' Ordine de' Minori, che abitavano tra il Monistero della Trinità e lo Spedale de' Santi Jacopo e Lazzaro, ho subito meco stesso pensato, che da queste, anche perciò che appresso si dirà, abbia avuto origine il Monistero di cui al presente di favellare intendiamo.

DIe Veneris duodecimo intrante Jannuario in Suburbio Veronæ In pecia terræ donatæ inferius scriptæ in presentia Dñi Presbiteri Johannis, qui fuit de Montagnana, qui moratur ad Sanctum Zenonem in Monte, & Albertani Tridentini, qui moratur in Verona in Introitu Sanctæ Mariæ ad Frattam, & Corisneili filii Xoni Blavaroli, atque Bonaventuræ filii Belengini Notarii de Hora Sanctæ Agnetis testibus rogatis, & specialiter ad hæc convocatis.

Ibique Dñus Gerardus Pecorarius filius qu. Mazani, qui moratur in Hora de Foris a Ponte Rofioli, pro bono, & melioramento, & amore Dei, & remedio suæ animæ, & remissionem omnium suorum peccatorum, & intuitu pietatis, nomine donationis inter vivos, ut amplius revocare non possit, investivit Fratem Lucam, qui fuit de Baono pro se & vice ac nomine totius Collegii, sive Congregationis Sororum Minorum congregatarum sub Acquario non multum longe ab Ecclesia Sancti Jacobi a Tumba in quadam domo, seu domibus inferius scripta, seu scriptis ad proprium. De una pecia terræ aratoriæ, quæ jacet sub Acquario non multum longe ab Ecclesia Sancti Jacobi a Tumba juxta domum in qua habitant prædictæ Sorores Minores. Cui coheret ab uno latere Monasterium Sanctæ Trinitatis, & ab eodem latere habet perticas sedecim, ab alio latere via quæ est dicti Gerardis donatoris, & ab eodem latere habet perticas tredecim, & unum pedem ad perticam minorem sex pedibus. Ab uno capite murus Curtis prædictarum Sororum, ab alio capite dictus Dñus Gerardus donator, & debet esse ab utroque capite equaliter ita ampla, pro ut continet dictus murus totius Curtis ipsarum Sororum per longum.

Ibi-

Et dedit ei Fratri Lucæ, pro se, & prædictis Sororibus, & totius earum Collegii parabolam intrandi in tenuta prædictæ rei donatæ. Et præterea dictus Dñus Gerardus similiter amore Dei, nomine donationis inter vivos, ut amplius revocari non possit fecit finem, & refutationem, & dacionem, & cessionem in manu dicti Fratris Lucæ pro se, & pro prædictis Sororibus de omnibus illis rationibus, & actionibus, realibus, & personalibus, corporalibus & incorporalibus, generalibus, & specialibus quas habuit, & habet, & aliquo tempore habere posset in tota illa pecia terræ cum Domo, & Domibus, & Curte, & Orto, & Muris, & Edificiis, in quibus, sive in qua prædictæ Sorores comorantur. Tali vero modo fecit prædictus Gerardus prædictas donaciones, quod ipse Frater Luca, & dictæ Sorores, & Collegium earum, & sui successores perpetualiter prædictas res donatas, & eas cui dederint habere, & tenere debeant, & inde jure proprietario quo voluerint faciant sine aliqua contradictione suprascripti Donatoris, & ejus Heredum, & alicujus personæ cum omnibus suis rationibus, & actionibus, & accessionibus, & cum omni ingressu, & egressu earum, & cum omnibus super se, & infra se habentibus, & cum superioribus, & inferioribus suis, & cum omnibus suis pertinentiis ad eas res pertinentibus usque in viam publicam. Et cum omni eo quod ad dictas res donatas pertinet, vel pertinere potest, & per eum Fratrem Lucam pro se, & pro Collegio dictarum Sororum se possidere manifestavit.

Et renunciavit dictus Gerardus illi juri quo dicta donatio ultra quingentos Aureos facta sine insitura ratione valere non posset vel valere non potest, & posset revocari, & omni legum auxilio sibi in suprascripta donatione, sive donationibus competenti ad revocandam eam. Et incontinenti dictus Frater Luca, pro se, & prædictis Sororibus capiendo de terra suprascriptæ peciæ terræ aratoriæ intravit tenutam & possessionem prædictarum rerum, omnium donatarum.

Anno a nativitate Dñi millesimo CC. vigesimo quarto Indictione duodecima.

Ego Matheus filius qu. Lithi de Porta Sancti Zenonis Domini Comitis Bonifacii, & Dñi Regis Federici Secundi Notarius interfui, & rogatus scripsi.

Yy 2 Come

Come si trovi questa Carta nel citato Archivio non si sà, ma è cosa probabile molto, che dalle Monache di Sant' Agata vi sia stata insieme colle altre loro scritture depositata. Perocchè avendo le dette Monache di Sant' Agata il loro Monistero non guari discosto dalla casa e terre delle Monache Minori sopraddette, è cosa verisimile, che volendo queste edificarsi un Monistero nel Campo Marzio abbiano a quelle alienato la casa e beni che possedeano, e che in quella occasione sia passata la detta Carta in potere di esse Monache di Sant' Agata, indi in balìa di quelle di Santo Antonio, alle quali insieme co' beni furono unite, come alla pag. 68 del III Libro narrato abbiamo. Che solo del 1226 sia stato principiato dai fondamenti il Monistero di Santa Maria delle Vergini in certo terreno stato donato dalla Communità di Verona nel Campo Marzio per abitazione di Monache del Minore Istituto s' impara da quest' altro Documento, che è nell' Archivio del medesimo Monistero.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiabus Abbatissæ, ac Monialibus reclusis Monasterii Sanctæ Mariæ de Campo Marcio Veronen. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter dilectæ in Christo filiæ vestris justis postulationibus inclinati libertates, & immunitates vobis, & Monasterio vestro a Venerabili Fratre nostro Episcopo Veronensi pia liberalitate pro ut ad eum spectabat Indultas sicut in ipsius literis plenarie continetur vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum præsentibus jussimus annotari, qui talis est.

Die Martis tertio intrante Martio in Episcopali Palatio Veronæ in præsentia Presbyteri Clamenti de Sancta Anastasia, Presbyteri Olivi Capellani Dñi Episcopi, Allegri, Pajani de Ora Sancti Sebastiani, atque Nicolai de Guidone Rubeo Notario testibus rogatis. Ibique Dñus Jacobus Dei Gratia Veronensis Episcopus videlicet de mera liberalitate nostra Divinæ pietatis intuitu donamus, & concedimus tibi Ugolino Hostiensi, & Velletrensi Episcopo locum ubi dicitur in Campo Marcio, ab uno latere Campomarcius, ab alio latere murus dicti Campi Marcii, ab uno capite jura Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ab alia Ridus Campi Marcii & præ-

prædictus Campo Marcius, quem Communitas Civitatis Veronensis Ordini pauperum Dominarum inferius memorato donavit cum omnibus pertinentiis suis ad construendum ibi Monasterium in honorem Virginis Mariæ, in quo Virgines Deo dicatæ, & aliæ Ancillæ Christi (a) in paupertate Domino famulentur juxta formam vitæ vel Religionis pauperum Dominarum de Valle Spoleti sive Tuscia per Dominum Ugolinum Venerabilem Episcopum Hostiensem auctoritate Domini Papæ eisdem Sororibus traditam. Et loco ipsi, & Sororibus tam presentibus quam futuris plenam concedimus libertatem, quam habere noscuntur Monasteria ejusdem Religionis de Azisio, de Perusio, & de Senis ejus Apostolicæ Sedis privilegiis confirmatam. Nihil nobis aliud reservantes in eo præter dedicationem Ecclesiæ, Consecrationes Altarium, benedictiones Monialium, cum ab Abbatissa, & Sororibus propter hoc fuerimus requisiti. Si tamen nos & successores nostri gratis ea, & sine pravitate aliqua voluerimus exhibere. Reservamus etiam nobis nomine annui census unam libram ceræ in Assumptione Sanctæ Mariæ nobis, & successoribus nostris annis singulis persolvendam. Sorores vero ipsæ si aliquando formam Religionis abiecerint, vel contempserint observare, & frequenter amonitæ se noluerint emendare ex tunc in nostram seu successorum nostrorum jurisdictionem locus ipse libere revertatur, Et hanc concessionem, & donationem pro nobis, & successoribus nostris firmam habere promittimus, & nullo tempore contravenire. Dantes Notario liberam potestatem conficiendi exinde publicum instrumentum.

Anno Domini millesimo CC. vigesimo sexto Indictione quartadecima.

Ego Jovus de Ora Sancti Quirici Dñi Ricardi Comitis Sancti Bonifacii Notarius a Dño Frederico Secundo Rege confirmatus interfui rogatus, & scripsi.

Nul-

(a) Per queste altre Servo di Gesù Cristo s'intendono le Converse, cioè Donne vedove, ed anche maritate, le quali coll'assenso de' loro Mariti, ne' Monasteri di Vergini a Dio sacrate si ritiravano, come de' Conversi più distesamente ci riserbiam dire in un Trattato, che da quest' opera separatamente sarà, a Dio piacendo, per noi pubblicato.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Reatæ IIII Nonas Julii Pontificatus nostri anno Quinto.

Nulla si dice in questo Documento delle Monache di S. Benedetto; ed è da credere, che se ivi fosse stato un antico Monistero di tale Istituto sarebbe stato nella medesima Carta accennato; e spiegato essere stato donato quel terreno per l'ampliazione di quella; e di più che dal Vescovo erano state trasferite quelle Monache dall' Istituto Benedettino a quello delle rinchiuse di S. Damiano. In fatti se allorchè a Forzano fu conceduto di fabbricare il Monistero della Maddalena, quello di Santa Maria delle Vergini fosse stato già eretto, sarebbe stato come confinante nominato. Che nel Campo Marzio il detto Monistero nell'anno 1226 e non prima sia stato da' fondamenti edificato s' impara anche da quest' altro Documento il cui originale appo le odierne Monache si custodisce; e mediante il quale furono sottratte dalla giurisdizione del Vescovo di Verona, onde furono poi tolte sotto la protezione della Santa Appostolica Sede e trasferite sotto il governo de' Frati di S. Fermo maggiore.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, ac Monialibus Monasterii Beatæ Mariæ in Campo Martio Venonen. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, quæ a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ex parte siquidem vestra nobis extitit intimatum, quod Venerabilis Frater noster Episcopus Veronensis loci Diocesanus Capituli sui interveniente consensu plena vobis, & Ecclesiæ vestræ tam in temporalibus, quam in spiritualibus libertate concessa in eadem Ecclesia pro temporalibus annuam libram ceræ, pro spiritualibus vero consecrationem Ecclesiæ, & Altarium ipsius sibi, & suis successoribus reservavit, pro ut in instrumento publico exinde confecto plenius continetur. Vestris igitur præcibus inclinati, quod ab eodem Episcopo super hoc pie, ac pro-

provide factum est auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum, præsentibus inserentes, qui talis est. Die Martis Decimo exeunte Novembri in Castro Montis Forti super Domo Domini Episcopi, in presentia Presbyteri Enrici Capellani dicti Domini Episcopi, Fratris Petri, Fratris David de Fratribus Minoribus, atque Bonacursii de Braganzo testibus rogatis. Ibique Jacobus Divina Miseratione Sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, ac Sororibus Monasterii Beatæ Mariæ Virginis constructi in loco ubi dicitur in Campo Martio, ab uno latere Campo Martius, ab alio latere murus dicti Campi Martii, ab uno capite jura Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ab alia Ridus Campi Martii, & prædictus Campo Martius Salutem, & Benedictionem. Cum Monasterium in honore Beatæ & Gloriosæ semperque Virginis Mariæ in loco memorato construi fecissetis, ut ibidem Domino famulantes pro nobis, & aliis peccatoribus orare possitis humiliter postulastis, ut monasterium, & personas ibidem Domino servientes intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum nostrorum a jure Episcopali, seu alterius conditionis gravamine tam in temporalibus, quam in spiritualibus pleno jure eximere deberemus. Ea propter vestræ piæ, ac humili petitioni pio concurrentes assensu præfatum Monasterium, & personas illic nunc, vel in futurum commorantes cum omnibus bonis suis consensu, & voluntate Capituli ab omni jure Episcopali, & cujuslibet conditionis obligatione tam in temporalibus, quam in spiritualibus pleno jure liberamus, & eximimus, nihil aliud nobis, & Ecclesiæ Veronensi in eisdem reservantes, nisi consecrationem Ecclesiæ, & Altarium, cum fuerimus requisiti, si tamen nos, & successores nostri gratis, & sine pravitate aliqua voluerimus conservare. Reservamus etiam nobis unam libram ceræ in festo Beatæ Mariæ octo diebus ante, vel octo diebus post pro censu nobis annis singulis persolvendam.

Ego Jacobus Dei Gratia Veronensis Episcopus subscripsi
Ego Stephanus Veronensis Archipresbyter subscripsi.
Ego Presbyter Nobilis Cantor Veronensis Ecclesiæ subscripsi.
Ego Vivianus Diaconus Veronensis Ecclesiæ subscripsi.

Ego

Ego Rodisius Veronensis Ecclesiæ Canonicus & Archarius subscripsi.

Anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto. Indictione septima.

Ego Jovus de hora Sancti Quirici Dñi Ricardi Comitis Sancti Bonifacii Notarius, & a Dño F. secundo Rege confirmatus interfui, Rogatus, & scripsi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Perusii XI. Kal. Maii Pontificatus nostri anno nono.

Non ci è ignoto che le Monache di Santa Maria delle Vergini d'oggidì afferman sapere per tradizione, che le loro autrici furon Monache di S. Benedetto; e come per consiglio del Prelato Ugolini l'Istituto abbracciaron di S. Francesco. Ma questo è un equivoco fondato forse sopra quello che delle Francescane scrisse l'Abate Caietano al fol. 22 De Relig. S. Ignat. Instit, *dove di esse favellando dice, che sebbene si chiamino Francescane, non pertanto ritenendo esse lo Scapolare, e le loro Superiori il titolo di Badesse, cose all'Ordine e Regola che professano di S. Francesco incompetenti, di quì manifestamente apparisce, che nel loro origine furono Monache Benedettine:* Moniales ipsæ etiam si nunc dicantur a Sancto Francisco Minoritæ, nihilominus Scapulare Benedictinum, alias Minoritis insuetum, & prohibitum, quod deferunt, atque illud dignitatis nomen Abbatissa, qua reguntur eodem Moniales patentissime demonstrant suæ institutionis originem, & progressum a S. Patre Benedicto se habuisse, atque etiam profiteri. *In fatti la Madre Santa Chiara, Autrice di queste Monache, prima di rinchiudersi nella Chiesa di S. Damiano, essendosi intertenuta alcun tempo in un Monistero di Monache del Benedettino Istituto; quinci è da credere e da tener per certo, che vestisse anch'essa l'Abito di S. Benedetto, e l'Istituto del detto Santo Padre similmente in quel Monistero osservasse. Ma ritiratasi*

tasi poscia nella Chiesa di S. Damiano, e sendosi ad essa altre Vergini accostate, per rassomigliarsi anche nel vestire al di lei Padre spirituale S. Francesco l' abito grigio vestisse, che le di lei figliuole portano tuttavia; ed oltre la Regola di S. Benedetto, che ad essa e alle Compagne sue dal Sommo Pontefice era stata data, quella, che dall' istesso Padre S. Francesco fu loro scritta, eziandio osservando; ritenendo lo Scapolare Benedettino e il semplice titolo di Badessa. Che le Monache di Santa Chiara la Regola di S. Benedetto, e quella di S. Francesco insiememente osservassero s' impara dalla seguente circolare d' Innocenzio IV del dì 2 Maggio 1243, colla quale dichiara ad altro quella di S. Benedetto non obbligarle se non se alla osservanza de' tre soliti voti. Un esemplare di questa lettera nel loro Archivio si costudisce, ed è di questo tenore.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Christo filiabus Universis Abbatissis, & Sororibus inclusis Ordinis Sancti Damiani salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum Universitati vestræ sicut accepimus in virtute obedientiæ a Sede Apostolica injunctum, ut traditam vobis regularis vitæ formulam inviolabiliter observetis, Nos super eo quod in prohemio ipsius formulæ dicitur regulam Beati Benedicti vobis tradimus observandam, trepidationem pectoris, & cordis angustiam aliquando sustinetis præsertim cum vestra credat humilitas mortale committi peccatum, si contra præceptum hujusmodi aliquando veniatur, & impertinens, ac impossibile reputetur, quod in Ordine vestro duæ regulæ debeant observari. Nos itaque digne providere volentes, ut vos ascripte laudibus Divini nominis super hiis quietem spiritus habeatis, sicut piæ recordationis Gregorius P.P. prædecessor noster præsente, & audiente Venerabili Fratre nostro Ostiensi Episcopo declaravit, sic & nos etiam declaramus, quod prædicta Regula Sancti Benedicti vos non ligat ad aliud nisi ad obedientiam, abdicationem proprii, & perpetuam castitatem, quæ substantialia cujuslibet Religionis existunt, & in quibus consistit meritum consequendi perpetuæ felicitatis effectum. Nos itaque hujus declarationis contente remedio fine vestrarum mentium fluctibus imponatis, cum vobis ad merendum premia perempnis vitæ sufficiat, quod solam prædictam formulam ad Dei gloriam mundis cordibus observetis. Provisu-

ræ vobis per humilis confessionis auxilium, si quando aliud ex fragilitatis humanæ defectu ab aliqua vestrum agitur quam in eadem formula vel factis, aut faciendis circa vos Apostolicæ Sedis provisionibus habeatur.

Dat. Lateran. VI. nonas Maii Pontificatus nostri anno primo.

Dal fin quì detto si può argomentar aver creduto le nostre Monache di Santa Maria delle Vergini essere state al principio Benedettine, anche perchè la Regola di S. Benedetto era stata loro data da osservare, non perchè realmente le loro Autrici seguisser prima l'Istituto di S. Benedetto, indi quello di S. Francesco. Come sia la surriferita Campana in loro potere pervenuta non so io, ma è cosa certa e fuor d'ogni dubbio, che ad altro più antico Monistero appartenne, e forse ad alcuno di quelli che per la generale spianata perirono; e alle Monache di S. Massimo con non ispreggevole conjetura; avvegnachè questo solo Monistero non fu più riedificato, ma le sue Monache furono in altri Monisteri distribuite. Onde abbia saputo il Canobio che il Monistero delle Maddalene, com' egli dice, sia stato principiato l'anno 1081 non si sà, ma è cosa verisimile, che per la sopradetta Iscrizione da esso veduta ciò egli riferisse; essendo fama, ch' e' fosse del detto Monistero Archivista, ond' abbia avuta occasione d'essere in quello più d'una volta introdotto. Per altro appo le stesse Monache non si han Documenti che di più antica fondazione si parli se non se di quella successa l'anno 1226. La quale per mancamento di forze lenta proseguendosi, da Gregorio IX con suo Breve 8 Novembre 1239 fu conceduta Indulgenza a quelli che limosine avesser per tale fabbrica contribuite.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Xpi Fidelibus per Veronensem Civitatem, & Diocesim Constitutis Salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait Apostolus omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, pro ut in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire & æternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce

se-

feminat, parce & metet, & qui feminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur Abbatiſſa, & Sorores Monaſterii Sanctæ Mariæ in Campo Martio Veronenſis, Ordinis Sancti Damiani Monaſterium ipſum ædificare inceperint, nec ad tantam conſumationem operis ſibi propriæ ſuppetant facultates, Univerſitatem veſtram rogandam duximus attentius, & hortandam in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ipſis, vel earum nuntiis cum propter hoc ad vos acceſſerint beneficia petituri de bonis a Deo vobis collatis pias eis elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogatis, ut per ſubventionem veſtram tam pium opus valeat confirmari, & vos per hæc, & alia bona quæ Domino inſpirante feceritis ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei Miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ac ea quam nobis Dominus conceſſit auctoritate confiſi omnibus vere pænitentibus, & confeſſis, qui eis manum porrexerint caritatis quadraginta dies de injuncta ſibi pænitentia miſericorditer relaxamus.

Dat. Laterani VI. Idus Novembris Pontificatus noſtri anno duodecimo.

E per l'iſteſſo fine cred'io che anche dal Veſcovo Braganza foſſe ordinato che ogni ſeconda Domenica del meſe ſi faceſſe nella Chieſa di queſte Monache la Predica generale, come ſi rileva dalla ſeguente ſua Lettera 18 *Agoſto* 1238.

NOs Jacobus Miſeratione Divina Veronenſis Epiſcopus Ad honorem Dei, & profectum Animarum, & ad ſubſtentationem Sororum pauperum Sanctæ Mariæ de Campo Marcio incluſarum, volumus, auctorizamus, & noſtram auctoritatem interponimus, ut de cætero fiat prædicatio generalis ad dictam Eccleſiam, quæ fiat ſecunda Dominica cujuſcumque menſis ſive ante prandium ſive poſt, ſicut melius ſe vigeſſerit opportunitas temporis, vel ſtatus terræ, & hoc non obſtante aliqua alia prædicatione, & prohibemus quod nullo modo fiant aliæ prædicationes generales vel particulares illa die in Civitate vel Burgis, vel locis aliis in Verona, & ne ſint qui iverint ea die, vel uſque ad octavam immunes merito vel præ-

mio confisi de meritis Beatæ Mariæ Virginis & Beatorum Zenonis, & Proculi de pænitentiis sibi injunctis quadraginta dies in Domino relaxamus.

Data XIII. exeunte mense Augusti in Castro temenaldi millesimo ducentesimo XXXVIII. Indictione undecima.

Le primiere Monache di questo Monistero viveano sì austeramente, che fu d'uopo che il Pontefice Innocenzio IV con suo Breve 20 Novembre 1245 loro permettesse l'uso del vino, del brodo, e di riposarsi per fino sopra sacchi e capezzali di paglia. Il Privilegio è nel loro Archivio, e di questo tenore.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii Sanctæ Mariæ de Campo Martio Veronen. Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam benedictionem. Divinæ afluentiam pietatis habendo pro oculis, quæ nobis licet in meritis curam generalis commisit Ecclesiæ saluti omnium libenter intendimus, sed illis illorum præcipuæ, qui divinis laudibus frequenter invigilant, & piæ vitæ studio sine intermissione desudant. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod licet sit in desideriis vestris continue per afflictionem carnis assiduam mereri premia Beatorum, tamen ex fragilitate naturæ adeo spiritus promptitudo retunditur, quod vix absque discriminis incursa sufficitis, ut in omnibus formulæ vitæ vestræ rigorem perpetuum valeatis. Verum quia pium esse dignoscitur, ut ex provisione Sedis Appstolicæ a nobis jugum Divinum cum suavitate feratur, Universitati vestræ presentium auctoritate concedimus, quod vino, & pulmentis non obstante mandato abstinentiæ, quod in eadem formula continetur omni tempore tam sanis quam aliis liceat vobis uti excepta sexta feria, qua omnes præter debiles, & infirmas semper in pane, & aqua jejunentur, non tamen infra Octavas Pascæ nisi forte in ipsa feria venerit dies Natalis Domini, vel aliqua soleptnitatum Beatæ Virginis, aut Monasterii vestri festivitas principalis. Concedimus etiam vobis omnibus quod Sacconum, & Capitalium cum palea semper usum liberum habeatis. Silentium vero secundum statuta ipsius formulæ in summa diligentia servetur a vobis, ita tamen

men

men quod Sorores infirmæ, & servientes eisdem infirmitatis suæ tempore loquendi, quæ necessaria, & utilia fuerint habeant in Infirmitorio potestatem. Liceat etiam auctoritate nostra Confessori vestro qui pro tempore fuerit de illorum transgressionibus, quæ secundum prædictam formulam vel Ordinem vestrum servare debetis, & omnibus aliis excessibus confessionem vestram audire, & penitentiam vobis injungere salutarem. Salvis penis, quarum impositio competit Abbatissæ secundum vestram consuetudinem, & observantiam Regularem. Cæterum vestra humilitas quæ peremnis obtentu patriæ cuncta reliquisse prospicitur ad hoc jugiter habeatur, ut sponso vestro cælesti in mundis cordibus servientes vos tales vita, & conversatione illius presentis oculis quod luce prævia bonorum operum adperempnes ejus nuptias tandem progressum liberum habeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Logduni V. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno tertio.

Fu consecrato l' Altar maggiore della Chiesa di queste Monache dal Beato Teobaldo Vescovo di Verona il dì 20 Maggio 1319, giorno di Domenica, ad onore di Santa Maria della Misericordia, di S. Francesco e di Santa Chiara, come più diffusamente si legge nell' Istromento di sua Consecrazione impresso alla pagina 595 di questo Volume. Essendo stata poscia negli anni prossimamente scorsi la Chiesa riedificata fu consecrata da Monsig. Gio: Bragadino moderno Vescovo di Verona, dedicandola alla stessa Beata Vergine, a' Santi sopraddetti e a Santa Maria Maddalena.

Del 1283 erano queste Religiose numerose di sorte divenute, che non potean nel da loro fondato Monistero capir tutte, onde fu loro dalla Communità di Verona altro terreno donato, mediante il quale fu quello ampliato. La donazione è nel loro Archivio, ed è questa.

Die Veneris vigesimo primo Madii In Domo nova Comunis Veronæ præsentibus Dño Alberto de la Scala Generali Capitaneo Populi Veronæ, Dñis Lazarino de Bononia

nia Judice, Cazadrago de Mantua, Montino de Spalla, Rofino de Cremaschis Militibus Potestatis, Jacobo de Cesarina, atque Bertoldo Notario qu. Dñi Bonomi testibus, & aliis. In Consilio Gastaldionum Ministeriorum Veronæ ad sonum Campanæ more solito congregato coram Nobili Viro Dño Jannino de Bonaconsis de Mantua honorabili Potestate Veronæ præmissa propositione generali per ipsum Dñum Potestatem juxta formam Statuti Comunis Veronæ quod quilibet Gastaldio possit dicere, & arengare id quod sibi videtur utile pro Comuni Veronæ, & præmissa etiam propositione super requisitione Sororum Minorum de Campo Marcio, quæ petunt eis dari, & concedi certa pars dicti Campi, videlicet apud murum eorum veniendo versus Domum, sub qua laudantur equi, (a) cum ipsæ Sorores dicant se multas esse in dicto loco, & non posse comode habitare ibidem propter parvitatem loci. Petiit idem Dñus Potestas Consilium supradictum, quod faciendum sit in prædictis pro majori utilitate, & bonore Comunis Veronæ. Reformato tandem Consilio & dato partito per ipsum Dñum Potestatem ad levandum, & revoluto ad sedendum, placuit omnibus nemine discordante quod dictis Sororibus detur, & reservetur de ipso Campo Marcio pro Comuni Veronæ pars illa, quam ipsæ Domine petierunt, placendo Consilio majori, ad quod prædicta ponatur requisitio, & secundum voluntatem dicti Majoris Consilii procedatur in prædictis.

Item die Martis octavo Junii in Sala majori picta Palatii Comunis Veronæ Presentibus Dño Alberto de la Scala Generali Capitaneo Populi Veronæ, Dñi Cazadrago de Mantua, Filippino Zamboti Militibus Potestatis, Gerardo Notario de Ottonello, Carlaxario Notario qu. Dñi Otolini, atque Bonazonta Notario filii Dñi Alexandri testibus, & aliis. In Consilio Majori ad sonum Campanæ more solito Congregato coram suprascripto Dño Potestate. Cum propter honorem, ac reverentiam Dei, & suæ Benedictæ Matris Dominæ Sanctæ Mariæ, & Beati Zenonis corporis Sancti, & Prote-

(a) Cosa voglia dire questo laudare i Cavalli non ho ritrovato Scrittore che lo dichiari. Io credo però, che nella casa di cui qui si parla si peritassero i Cavalli, e che le differenze de' contratti de' Cavalli ivi si giudicassero ne' due Mercati che ivi si faceano li giorni di S. Michele e di Santa Giustina singolarmente.

tectoris Civitatis & districtus, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei in Consilio Gastaldionum extitit reformatum, quod pro Comuni Veronæ detur, & concedatur Sororibus Minoribus Dominæ Sanctæ Mariæ de Campo Marcio certa pars, quæ modica est in ipsius Campi, & est apud Murum dictarum Sororum versus Domum, quæ est in dicto Campo, ut laudantur equi, veniendo versus portam, per quam intratur dictum Campum Marcium, ex eo quod dictæ Sorores multæ sunt, & non possunt comode habitare in dicto loco propter parvitatem dicti loci, & hoc placendo Consilio majori proposuit, & dixit Dominus Potestas, & petiit Consilium sibi dari, quid faciendum esset in prædictis pro majori utilitate & honore Communis Veronæ. Reformato demum Consilio, & dato partito per ipsum Dominum Potestatem ad sedendum, & revoluto ad levandum placuit omnibus nemine discordante quod dictis Sororibus detur, & concedatur pro Communi Veronæ illa pars Campi Marcii quæ eis designata fuerit per Dños Potestatem, Capitaneum, & sapientes electos ad hæc.

Item die Veneris XI. Junii in Campo Marcio apud Domos dictarum Sororum presentibus Dñis Zacharia de Fredo, Zilio de Piis, Florio filio Domini Benedicti de Moro, Avancio, Rizardo Rubeo de Pelena, atque Alberto Notario de Pellegrino testibus, & aliis. Ibique nobiles Viri Dñus Potestas, & Capitaneus suprascripti de voluntate, & consensu infrascriptorum sapientum ad hoc ibidem vocatorum scilicet Dominorum Ubertini de Zachariis, Antonii de Cereta, Bartholomei de Petromuccio, Henrigeti de Baldaria, Amaberii de Macacharis, Zenonis de Mastega, & Antonii filii qu. Dñi Giroldi volentes prædictam reformationem effectui mancipare, dederunt, & assignaverunt nomine, & vice Comunis Veronæ Fratri Gabrieli recipienti nomine, & vice prædictarum Sororum Minorum de Campo Marcio illam partem dicti Campi Marcii quam eisdem dare, & concedere volunt pro Comuni Veronæ, Videlicet VII. perticas ad perticas sex pedum a latere inferiori incipiendo mensurare in angulo muri dictarum Sororum, & eundo versus Domum ubi fiunt laudationes ad laudandum equos, & a latere superiori versus Flumicellum quatuordecim perticas incipiendo misurare apud januam dictarum Sororum. Ad habendum, tenendum uti, &

pos-

ſidendum, dantes dictis Sororibus licentiam intrandi tenutam, & corparalem poſſeſſionem prædictæ rei datæ, & conceſſæ earum auctoritate quacumque eis placuerit tamquam in rem ſuam.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo tercio. Indictione XI.

Ego Gilbertus Tenca Notarius interſui, & rogatus ſcripſi.

Della Chieſa di Santa Maria della Vittoria.

Errore fu il dire che queſta Chieſa ſia ſtata conſecrata l'anno 1517, *eſſendo quattro anni innanzi ciò ſucceduto, come ſi ha dalla ſeguente Iſcrizione, che è nella Cappella maggiore della medeſima Chieſa.*

DEO ET UNICÆ MARIÆ VIRGINI GRATIARUM
DOMINÆ TEMPLUM HOC DICATUM,
ET CONSECRATUM
DIE XVII APRILIS MDXIII.
ANTISTITE ANTONIO ZIO PRO PONTIF. VERONÆ
MARCO CORNELIO CARDINALE.

In queſta Chieſa ſi conſervano Reliquiæ Sancti Gervaſii, de legione Martyrum, Sancti LAZARI, Sanctæ Pudentianæ, Sanctæ Candidæ, & Sanctæ Mariæ Conſolatricis Virg., *come ſi ha nel libro intitolato* Ss. Epiſcoporum Veron. Antiqua monumenta.

Dell'

Dell' Oratorio di Santa Maria appo S. Zen maggiore.

Sotto l' Immagine della Beata Vergine dipinta accanto alla minor porta della Chiesa di S. Procolo si legge questa Iscrizione.

QUESTA OPERA HA FATO FARE I BATUI
DELLA ƆPAGNIA (a) DI SANTA MARIA
DE LA MISERICORDIA,

Cioè da' Disciplinati dell' Oratorio sopraddetto.

Della Chiesa di S. Martino Acquario.

Anche questa Chiesa era da' Preti collegialmente uffiziata. Lo che s'impara da Carta 12 *Febbrajo* 1102 *nell'Archivio della Chiesa de' Santi Appostoli, di questo tenore.*

IN nomine Domini Dei Eterni Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo secundo, duodecimo die mensis Februarii indictione decima. Constat nos Gramaldo, & Martino pater, & filio habitaturi in Vico a Siona, qui professi sumus nos ipsi pater, & filio ex nacione nostra lege vivere Longobardorum ipso genitori meo mihi consentiente, & subtus confirmante accepisemus nos ipsi venditori comuniter sicuti in præsentia testium manifesti sumus nos qui accepit ad te Rafaldo Diacono de Ecclesia Sancti Martini abitator foris Porta Sancti Zenonis prope Arco &c.
Ego Romanus Notarius rogatus.

(a) Della *Compagnia* si deve quì leggere, e non della *Spagnia*, come malamente fu scritto da chi fu la detta Iscrizione copiata, senz' avvertire che questa lettera Ɔ è un abbreviatura usata ne' Secoli anteriori, e quì posta per necessità, o per bizzaria. Spagna appellasi quella Contrada che è oltre il Monistero di S. Zen Maggiore, e fu per avventura così detta, perchè le Milizie Spagnuole fra l'anno 1509 e il 1517 si erano in quella parte quartierate.

Dicendosi in questa Carta che Rafaldo Prete di S. Martino Acquario abitava fuori della Porta di S. Zenone, e vicino all'Arco ci fa conoscere che qualora ne' vecchj Documenti si nomina la Porta di S. Zenone si dee intendere che della Porta oggi detta de' Borsari si favelli; e che del 1102 non essendo stato ancora edificato il muro interiore che principia oltre la Chiesa di S. Martino e si termina nell' Adige rimpetto alla Chiesa del Crocifisso, perciò all' Arco di Vitruvio, che servì poi ad uso di Porta delle dette mura (edificate, com' è verisimile circa l' anno 1115 o poco dopo, benchè il Canobio dica che ciò fu circa l' anno 1015) col suo proprio nome d' Arco, e non di Porta seconda di S. Zenone, appellavasi. Il Ponte ch' è non lungi dall' Arco stesso, conjeturando, altrove s'è detto, che Orfano si chiamasse. Ma per Documento 17 Aprile 1162 posteriormente osservato nell' Archivio di S. Nazaro abbiam scorto che il Ponte Orfano era fuori d' un altra Porta detta la Porta del Ponte Orfano di S. Silvestro, onde bisogna immaginarsi che per questa porta si uscisse nella via per cui appo il Monistero di S. Silvestro si passa dirittamente alla Chiesa di S. Spirito.

Della Chiesa di S. Martin d' Avesa.

Dove si è parlato di questa Chiesa dicemmo che, per la distruzione dell'antica, fu nel cuore della terra d' Avesa edificata. Della erezione della nuova Chiesa fu scolpita la memoria, e della di lei Consecrazione, in una lapida sopra la Porta dentro della medesima Chiesa a questa foggia,

HANC ECCLESIAM
VETERI EX TEMPLO
REPARATAM
D. MARTINO PATRONO
DIE 5 MARTII 1523
MATRES
P.
ANTONIUS VERO BECHARI
SCODRENSIS EPISCOPUS
DIE 15 APRILIS 1526
C.

Nell'

Nell' Archivio delle Monache di questa Chiesa si conserva della sua Consecrazione anche questa memoria.

YHS

NOtum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod anno a nativitate Dñi millesimo quingentesimo vigesimo sexto Indictione quartadecima die quintodecimo mensis Aprilis in Dominico die Rev. in Christo Pater Dñus Antonius de Becharis Episcopus Scutarensis, & pro Rev. in Christo Patre Dño Matheo Giberto Episcopo Veronensi Suffraganeus consecravit hanc Ecclesiam, & hoc Altare in honorem S. Martini Episcopi, & Confessoris, & imposuit in dicto Altari de Reliquiis suprascripti S. Martini, & S. Bartholomei Apostoli, & Sancti Zenonis Episcopi, & Confessoris, & aliorum &c. (a)

Et suprascriptus Dñus Episcopus concessit cuilibet devote visitanti suprascriptam Ecclesiam in die Consecrationis ejusdem indulgentiam quadraginta dierum perpetuis temporibus duraturam, & in ipso die Consecrationis unum annum in forma Ecclesiæ consueta.

Presbiter Franciscus Alberthinus in Ecclesia Cathedrali Capellanus mandato.

Della Chiesa e Monistero di S. Michele.

ALe notizie di questa Chiesa e di lei Monistero non poche cose si dovrebbono aggiungere. Ma la brevità, che in quest' Opera mi sono proposto di seguire, mi permette alcune delle più principali soltanto ricordare. Dico dunque conservarsi nell' Archivio

(a) *Nel libro intitolato* Ss. Episcoporum Veron. Antiqua monumenta *stannosi registrate anche queste Reliquie*: Reliquiæ Melchisedech, S. Simeonis, S. Andreæ, S. Joannis Evangelistæ, S Thomæ, De carne S. Laurentii, S. Blasii, Ss. Nazarii, & APOLLINARIS. S. Anastasii Mart., S. Luciani Mar. Ss. MARCI, & Marcelliani, S. Antonii, S. Dorotheæ, S. Brigidiæ. S. Placidiæ Virg., S. Luciæ, S. Ursulæ, & aliæ multe sine nomine. De columna flagellationis...

vio di questo Monistero Documento da cui s' impara che fino del 1064 era la Chiesa uffiziata da alcune Monache di S. Benedetto, la cui Badessa Berta avea nome. Oltre questa Carta abbiamo nell' Archivio Capitolare il testamento di Arduino Archidiacono della Chiesa di Verona, scritto l' anno 1066 nel XIV giorno delle Calende di Settembre negli Atti del Notajo Isnardo, in cui si legge: alia omnia Ecclesiis Sancti Michaelis, & Beatorum Petri, & Pauli do, ut Monachæ, quæ modo ibi serviunt, vel future sunt habeant. Et si venerit, quod absit, quod Monasterium destructum fuerit, quicumque ibi servierint, sive Presbiteri, sive Clerici, illud quod a me concessum est habeant, ut ipsæ Ecclesiæ suum officium non perdant. *Da questo favellare impariamo che oltre la Chiesa di S. Michele possedeano le Monache eziandio quella de' Santi Pietro, e Paolo dalla suddetta di S. Michele non guari distante. Come questa passasse in potere della Famiglia Romani non ci è noto. Del 1133, come si ha nel seguente Documento, nell' Archivio del detto Monistero, calto CC m. 2. n. 2., dal Capitolo de' Canonici furono investite le Monache di S. Michele della Chiesa di S. Pancrazio.*

DIe Veneris qui est quinto die mensis Madii in Civitate Veronæ in Claustro Canonicæ Sanctæ Veronensis Ecclesiæ in presentia Canonicorum atque Laytorum bonorum hominum. Hii sunt videlicet Reverendus Tebaldus Archipresbiter Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, & Vitus, & Regnizo Presbiteri, & Henricus, & Otto, & Vitalis, & Gilbertus Diaconi, & Bonifacius de Runco, & Zeno, & Vibido Subdiaconi, & Naymerius Subdiaconus, & Raymundus, & Ingelerius Acoliti, de Laycis vero hii sunt. Tizo Capitaneus, & Bonus Zeno prudens juris, & Millo de Archidiacono, & Robertus, & Ardemanus, & Bonusmente, & Calorano Fratres, & reliqui.

Ibique in eorum presentia supradictus Dñus Tebaldus Archipresbiter Sanctæ Veronensis Ecclesiæ per librum, quem in sua tenebat manu, & per consensum suprascriptorum Canonicorum, aliorumque Fratrum investivit Dñam Annam Abbatissam Monasterii Sancti Michaelis de Campanea invicem ejusdem Monasterii nominatim de Ecclesia Sancti Pancratii de Saltoclo, cum omni jure, & pertinentiis ipsius Ecclesiæ, sicut ad nostram Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, Sanctique Georgii

gii Canonicam pertinet, omnia in integrum. Eo videlicet pacto, ut supradicta Abbatissa cum suis Sororibus jam dicti Monasterii, quæ modo sunt, vel pro temporibus fuerint habeant, & teneant prædictam Ecclesiam, sicut supra legitur perpetualiter ex parte prædictæ Canonicæ sine omnium contradictione, & molestatione supradictorum Canonicorum, suorumque successorum ita ut per unumquemque annum in festivitate Sancti Pancratii solvant censum denariorum Veronensium sold. duodecim (a) prædictæ Canonicæ, & medietatem oblationis, quæ in ipsa die Festivitatis donec missæ cantantur, vel infra id spatium temporis quo cantari potuissent facta fuerit, Canonici habere debent. Et Nuncii, qui ex parte Canonicæ in ipsa die ad officium faciendum venerint usque tres vel quatuor honorifice recipi debeant, & comestionem dare secundum qualitatem diei, Presbiter etiam vel Clericus, qui in ipsa Ecclesia mitti debet per consilium Archipresbiteri, & Fratrum ponendus est.

Factum est hoc in anno ab incarnatione Dñi nostri Jesu Cristi millesimo centesimo trigesimo tertio suprascripto die Veneris Indictione undecima.

Ego Thebaldus humilis Archipresbiter scripsi.
Ego Ubertus Diaconus scripsi.
Ego Vitus Presbiter scripsi.
Ego Regnizo ss.
Ego Vitalis Diaconus ss.
Ego Otto Diaconus ss.
Ego Enricus Diaconus ss.
Ego Zilbertus Diaconus ss.
Ego Bonifacius Diaconus ss.
Ego Zeno Subdiac. manu mea ss.
Ego Vibido Subd. m. m. ss.
Ego Ingloberius Acolitus V. ss.
Ego Bonifacius Notarius rogatus ibi fui, & hoc pactum scripsi.
L. S. D. N. Ego Julianus Not. Dñi Bonifacii Comitis autenticum hujus exempli vidi, & legi, & ut in eo continebatur ita est in infrascripto legitur exemplo nihil adminuto, nec diminuto quod sensum vel sententiam muttet in aliquo, & me subscripsi.

Cir-

(a) Lire nove circa di moneta moderna piccola Veneziana.

Circa l'anno 1171 restarono incendiate, non si sa come, le case del Monistero di S. Michele; lo che si raccoglie da un esame rilevato l'anno 1203 nella Cancelleria Vescovile: Riprandus Archipresbiter misit Bernardum Presbiterum triginta duobus citra annis ad Sanctum Michaelem in Campanea adjuvare levare Domos Monasterii, quæ combuste erant.

Dal Capitolo de' Canonici della Cattedrale le Monache di questo Monistero, siccome al presente, erano dipendenti. Ma entrato l'anno 1204, e pretendendo esse Monache non esser tenuta la loro Badessa novellamente eletta esservi dall'Arciprete del Capitolo de' Canonici confermata, fiero litigio perciò s'accese, e Ugone Vescovo di Ferrara, dal Pontefice alla decisione di tale affare delegato, a favore del Monistero con suo Decreto 10 Giugno 1204 deciso avendo, li Canonici all'istesso Pontefice appellarono. Ma per compromesso 16 Marzo 1207 poscia colle Monache accordaronsi di stare al giudizio di Wizardo Prete di S. Pietro in Castello, con questo però, che da Sofia Romita di S. Massimo fosse la di lui opinione approvata: e che innanzi la Domenica delle Palme dovesse essere ogni differenza terminata. Parrà forse cosa strana, che il Capitolo de' Canonici di Verona siasi ad una Romita riportato. Ma costei è da credere che fosse donna di conto, e di senno prudentissima. Perocchè fu ad essa donata poco dopo dall'Abate di S. Nazaro la Chiesa di S. Cassiano di Mezzane colle di lei appendici, acciò vi fondasse un Monistero, in cui ella presedesse colla stessa autorità che l'istesso Abate vi avesse saputa e potuta esercitare. Li 13 Aprile susseguente fu dunque col seguente Decreto, che è nel citato Archivio, in favor de' Canonici pronunziato.

DIe XIII intrante mense Aprilis in Ecclesia Sancti Maximi in presentia Jacobini Notarii, Adolini de Lavagno, Ramolini de Arcolis, Gajoni de Sancto Bonifacio, Zilberti Fratiena Testium specialiter ad hoc convocatorum. Ibique coram Dña Sophia Heremita Sancti Maximi de discordia & controversia, quæ vertebatur inter Dñum Widonem Archipresbiterum majoris Ecclesiæ Veronensis pro Canonica ex una parte, nec non, & inter Dñam Concordiam Monasterii Sancti Michaelis Abbatissam pro suo Monasterio ex alia ante Sacerdotem Wizardum suprascriptum ab utraque parte electum. Visis, & auditis rationibus utriusque partis talem inde de voluntate partium dedit sententiam, & consilio suprascri-

pte

pta Dñe Sophiæ Heremitæ & ejus consensu sic dicens. Ego Wizardus Ecclesiæ Sancti Petri in Castello Presbiter a Dño Widone Ecclesiæ Veronensis Archipresbitero, & suo Capitulo ex una parte, & a Dña Concordia Monasterii Sancti Michaelis Abbatissa, & suo Capitulo ex alia: super controversia Manualis obedientiæ & investituræ cum stola, & libro de temporalibus, & spiritualibus, & aliarum quarumque rerum Arbitrer electus, & hoc sub pena mille librarum denariorum Veronensium. Visis, & auditis rationibus utriusque partis & perspecta, & intellecta voluntate ab utraque parte, habitoque consilio Religiosorum hominum, & pro bono pacis, & perpetuæ procurandæ concordiæ, & pro evitanda deinceps omni discordia dico, & sententio, atque præcipio voluntate, & consensu Dñæ Sophiæ Heremitæ Beati Maximi sub pena mille librarum denariorum Veronensium: Quod Archipresbiter Majoris Ecclesiæ Veronensis qui pro tempore fuerit, vel Capitulum, si non fuerit Archipresbiter, debeat confirmare dictam Abbatissam aut Priorissam suprascripti Monasterii Sancti Michaelis, quæ Abbatissa, vel Priorissa Sanctimonialibus, sive Sororibus Monasterii Sancti Michaelis fuerit canonice electa, & representata, & eandem Abbatissam investire cum stola, & libro de Abbatia de temporalibus, & spiritualibus, & ipsam in Cathedram Abbatiæ collocare, & velum prælationis eidem Abbatissæ imponere. Item dico, statuo, atque præcipio voluntate, & consensu suprascriptæ Dñe Sophiæ Heremitæ, & sub pena mille librarum denariorum Veronensium quod tam Abbatissa, quam Priorissa, quæ pro tempore a Sanctimonialibus, sive suis Sororibus canonice fuerit electa debeat petere, & recipere confirmationem, & investituram in temporalibus, & spiritualibus ab Archipresbitero Ecclesiæ Veronensis qui pro tempore fuerit, vel a Capitulo, si Archipresbiter non fuerit. Et quod ipsa Abbatissa debeat petere, & recipere velum prælationis, & in Cathedra locari ab Archipresbitero Majoris Ecclesiæ Veronensis; & eidem Archipresbitero, & suo sussessori ipsa Abbatissa debeat promittere, & facere obedientiam in Xpo recipiendo, & tangendo & osculando stollam de manibus Archipresbiteri Majoris Ecclesiæ Veronensis, & sui sucessoris.

Item sub pena mille librarum denariorum Veronensium; dico & statuo atque præcipio voluntate, & consensu supra-

scri-

scriptæ Dñe Sophiæ Heremitæ quod Abbatissa vice, & nomine sui Monasterii Sancti Michaelis omni anno in Festivitate Sancti Michaelis vel infra XV dies debeat dare Capitulo Majoris Ecclesiæ Veronensis pro pasto XL soldos denariorum Veronensium (a), si ipsi Canonici iverint in Festo Sancti Michaelis ad missam canendam majorem, sed si non iverint, quod non teneatur eos solvere XL soldos denariorum Veronensium; & Canonici dent duabus personis comedere fictum portantibus. Et quod ipsa Abbatissa pro suo Monasterio debeat dare omnes oblationes, quæ venient ad Altare Sancti Michaelis tam in prædicta festivitate, quam in Letaniis, ex quo Canonici intraverint Ecclesiam quousque exierint cantata Tertia, & Missa, & finita Sexta; ita tamen quod ipsa Abbatissa, vel ejus Sorores, seu alia persona pro illis non debeant fraudare seu dolum facere quod oblationes non veniant ad Altare Sancti Michaelis in die Sancti Michaelis, salvo juræ in omnibus aliis utriusque Ecclesiæ, & hoc totum dico, & præcipyo sub pæna mille librarum denariorum Veronensium de voluntate, & consensu Dñæ Sophiæ sepedictæ, ut tam Archipresbiter pro Canonica, quam Abbatissa pro Monastério debeant observare, & attendere ut dictum est,

Item ibi Dña Sophia Heremita dixit quod totum illud, quod dictum est superius per suprascriptum Dominum Wizardum Sacerdotem sibi placebat, & de suo consilio, & consensu dixisse. Hoc quidem peracto D. Wido Archipresbiter Majoris Ecclesiæ Veronensis & Enzo Archipresbiter Sancti Bonifacii, & Bonussenior Archipresbiter Sancti Stephani, & Magister Albertus, & Balzanellus, atque Tedisius Canonici Majoris Ecclesiæ Veronensis, & Domina Concordia Abbatissa Monasterii Sancti Michaelis, Domina Margarita, Domina Lucia, Domina Gemma Monachæ suprascripti Monasterii hanc sententiam, sive præceptum laudaverunt, & confirmaverunt, & sibi placere dixerunt concorditer quod suprascriptus Wizardus Presbiter dixit atque protulit.

Monache di S. Michele raunate nella Chiesa di S. Massimo.

Ibique suprascriptus Dominus Wido Archipresbiter dixit. Interdictum quod feci Abbatissæ suprascriptæ in irritum deduco, & eum ab ea auffero, & nolo ut de cætero teneatur, & illam suspensionem quam feci eidem Abbatissæ removeo, & omnes offensiones, quas mihi fecit ei remitto, & eam

(a) Ventidue Lire circa di moneta moderna piccola Veneziana.

eam in omnibus, & per omnia restituo, & electionem, quæ de ea fuit facta a suis Sororibus confirmo salva proxima confirmatione, & idem Dominus Wido Archipresbiter ipsam Dñam Concordiam Abbatissam Monasterii Sancti Michaelis investivit de Abbatia cum libro, & stola de temporalibus, & spiritualibus ad ipsum Monasterium pertinentibus; & ipsa Dña Concordia Abbatissa promisit eidem Dño Widoni Archipresbitero Majoris Ecclesiæ Veronensis obbedientiam in Cristo, osculando, & tangendo stolam de manibus ipsius Archipresbiteri.

Item die quarto decimo intrante mense Aprilis in Ecclesia Sancti Michaelis in Campanea in presentia Magistri Alberti, Wilielmi Montis Zambani Canonicorum Majoris Ecclesiæ Veronensis, suprascripti Wizardi Sacerdotis, Jacobini Notarii, Aldolini de Lavagno, Ottonis Conversi Sancti Michaelis Testium specialiter ad hoc convocatorum. Ibique Dñus Wido Archipresbiter Majoris Ecclesiæ Veronensis, presentibus Dña Malgarita, Dña Lucia, Dña Gemma, Dña Humilitate, Dña Bennassuta, Dña Gresenda, Dña Sophia, Dña Agnete, Domina Cecilia, misit atque posuit Dom. Concordiam Abbatissam in Cathedra Abbatiæ incipiendo, & canendo Te Deum laudamus, & velum prælationis misit atque posuit in capite ipsius Abbatissæ ita dicens: Impono tibi velum prælationis.

Ego Jacobinus Sacri Palacii Notarius interfui his omnibus & me subscripsi in hoc instrumento.

Actum in suprascriptis locis anno Domini millesimo ducentesimo septimo. Indictione decima.

Ego Jacobinus Sacri Palacii Tabellio interfui, & instrumentum scripsi.

Aveano queste Monache, e possedono ancora al presente un Monistero nella terra di Quarzago, la cui Chiesa è dedicata all' Arcangiolo S. Michele. Dicono le Monache d'oggidì, che ne' tempi andati si trasferivano le loro maggiori ad abitarvi. Ma conservandosi nel loro Archivio C. MMM. *m.* 3. *n.* 6 *li Statuti e Rego-*

*le di quel Monistero compilati li 31 Maggio 1214, quinci è da credere che alcune delle loro Monache ivi dimorassero, e dal Monistero di S. Michele in Campagna, nella guisa di quelle di S. Pancrazio, si dipendessero; onde l'anno 1505, essendo Badessa del Monistero di S. Michele in Campagna D. Placida Calistani, la Chiesa di S. Michele di Quarzago fu rinnovata, non edificata, come alla pag. 483 del Secondo Libro s'è detto. Nel calto OO mazzo 1. n. 2. si conserva un Decreto 28 Settembre 1216, col quale vien assegnata al Monistero di S. Michele in Campagna la contribuzione di dodeci danari per ciascun banco esposto nel Mercato di Campo Marzio appartenente al Monistero. E nel calto G. m. 1. num. 1. la lite insorta l'anno 1219 tra il Monistero, e Negrello Greco e Teresio qu. Mussio di Calavena per il Toloneo delli Mercati di S. Michele e di Santa Giustina, i quali faceansi nel detto Campo Marzio. E nell'istesso Rotolo l'accordo co' Mercanti Linaroli di Padova a pagar per ogni forcata o stazione sei danari * Veronesi al Monistero. In Carta del 1220, che le dette Fiere e Mercati per l'addietro si faceano nella Campagna di S. Michele, poi del 1216 nel Campo Marzio. Entrato l'anno 1220, ed essendo agli abitatori della terra di S. Michele in Campagna malagevole il trasporto de' loro pargoletti alla Città per esservi battezzati, e agli adulti la lontanza della Chiesa Parrocchiale, cioè o quella di S. Nazaro, oppure quella di Santa Maria di Montorio, o qualche altra Chiesa, fu perciò dal Vescovo Norandino, ad istanza delle Monache di S. Michele, il Sacro Fonte Battesimale nella loro Chiesa conceduto, e del jus Parrocchiale in oltre la detta Chiesa insignita. Questo imparasi dai seguenti due Documenti, che nel calto GGGG del mentovato loro Archivio si custodiscono.*

* Soldi 5 e 6 dannari moderni.

IN nomine Domini Dei Eterni Amen anno ab ejus nativitate millesimo ducentesimo atque vigesimo Indictione octava die quartodecimo intrante Februario in Episcopali Palacio Veronæ. In presentia Magistri Alberti Archipresbiteri Majoris Veronensis Ecclesiæ, Domini Viviani, Domini Gulielmi, Domini Isnardi Canonicorum, & Domini Balzanelli Cantoris ejusdem præfatæ Majoris Veronensis Ecclesiæ Magistri Castellini Archipresbiteri Plebis Insulæ Porcariciæ & Capellani Domini Norandini Episcopi Veronensis, Domini Bartholomei de Sancto Quirico, Petri Papiensis, Aimi de Fabulone, Bonaguise, Venture Notariorum, Mazoli Conversi Monasterii

nasterii Sancti Michaelis in Campanea, & aliorum quamplurium. Præfatus Dominus Norandinus Dei Gratia Venerabilis Veronensis Episcopus ad instantiam, & postulationem Dominæ Gemmæ Abbatissæ jam dicti Monasterii Sancti Michaelis, & Sororum suarum Videlicet Dominæ Luciæ, & Dominæ Margaritæ ejusdem Monasterii Monacharum, & propter distantiam locorum dicto Monasterio Sancti Michaelis Auctoritate Pontificali concessit, & eidem Ecclesiæ jus pariter, & honorem ex sua largitione, & concessione de cætero babtizandi in eadem Ecclesia, & exorcismos faciendi, & omnia solepnia, quæ ad suplementum babtismatis expediunt. Ut deinceps, & babtismus, & omnia quæ ad babtismum pertinent in illa Ecclesia presenti concessione fieri possint. Jubens insuper præfato Magistro Castellino dictatore suo, ut suæ concessionis privilegium idem Monasterio fabricare deberet, illudque sigilli sui munimine corroborare.

Ego Ventura Sacri Palacii Notarius his interfui, & rogatus me subscripsi.

L. S. D. N. Ego Carlaxarius Sacri Palacii Notarius his omnibus interfui, ac rogatus scripsi.

Norandinus Dei Gratia Veronensis Episcopus licet indignus. Dilectis in Xpo Sororibus, & Abbatissæ Sancti Michaelis in Campanea, & Conventui universo salutem omnimodam, & gloriam felicitatis æternæ. Comodis subditorum in hiis quæ a rationis tramite non discordant, & consonant rationis ab hiis, qui ad solicitudinem Pastoralis officii divinæ dispositionis providentia sunt assumpti convenit bene vole provideri, & vota, quæ justa sunt petentium ab eisdem sunt effectu prosequente complenda. Attendentes pro inde dilectissimæ itineris incomoditatem, longitudinem, & difficultatem, & alia gravamina, quæ incolentes in Villa Sancti Michaelis pro Cathecismis, exorcisuris, scrutiniis, & baptismatibus sustinere consueverunt pro eisdem cum suis infantibus laborantes ad Civitatem, vel ad alia loca remota, vestris precibus inclinati duximus misericorditer laboribus, & incomodis mulierum, virorumque, ac puerorum in hac parte parcendum in Ecclesia vestra officia, & Sacramenta hujusmodi a quibuscumque ca-

tholicis Presbiteris vestræ Religionis, vel succedentibus placuerit celebrandi, & conferendi auctoritate Pontificali concedentes plenam, & liberam facultatem omnibus incolentibus, & qui pro tempore incolent locum, & Villam prenominatam. Nulli ergo liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quicumque autem hoc attentare sumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Gloriosæ Sanctæ Mariæ Virginis, & Beati Zenonis gloriosissimi Patroni nostri, & omnium Sanctorum se noverit incursurum; Facta est autem hæc concessio ad instantiam precum Dominæ, Gemmæ Venerabilis Abbatissæ loci ejusdem, & Sororum ejus in Palacio Episcopali Presentibus Domino Magistro Alberto Archipresbitero Majoris Ecclesiæ Veronensis, Domino Balzanello Canonico, Domino Guilielmo, Domino Viviano, Magistro Anselmo, & Domino Isnardo Canonicis ejusdem Ecclesiæ, & Omnibono Carlaxario, Petro, & Jacobino Notariis, & aliis multis.

Anno nativitatis Dominicæ millesimo ducentesimo vigesimo Indictione octava sextodecimo Kal. Marcii, Pontificatus vero Domini Honorii P. P. tertii anno quarto.

L. S. D. N. Ego Carlaxarius Sacri Palacii Notarius supradictæ interfui concessioni, & me subscripsi.

L. S. D. N. Ego Antonius Notarius Sacri Palacii prænominatæ concessioni interfui, & me subscripsi.

L. B. P.

Onde non poco mi sono meravigliato, come nel 1639, avendo risolto le Monache di riedificare la loro Chiesa, gli abitatori della Parrocchia tentassero, benchè vanamente, ciò loro impedire, pensando che la Chiesa loro e non al Monistero appartenesse. Forse fondarono questa loro pretensione sopra la Carta impressa alla pag. 483 del II Libro di queste Notizie. Ma a partito, per mio avviso ingannaronsi; Perocchè a spese del Monistero l'anno 1550 fu la detta Chiesa ristorata, benchè alcuni de' Parrocchiani fossero alla sopraintendenza della fabbrica deputati. Che alle spese delle Monache e non della Contrada sia stata riparata la Chiesa al tempo testè indicato ma-

manifestamente si raccoglie dal seguente registro copiato da un Libro intitolato Giornale di spese dello stesso Monistero.

1550 15. Maggio speso soldi 11 in chiodi per conzar il coperto della Chiesia.

16 Detto grossi 6 dadi al Marangon il qual ha conzado li banchi della Chiesia.

19 Detto speso grossi 15 in carne di manzo per li homeni, e grossi 7 e mezzo dadi a Perin Osto per pagar un Seffero per metter al coperto della Chiesia.

24 Detto dado a Francesco Zuppin, e Zuan Zevian deputadi alla fabrica della Chiesia una corona d' oro per comprar calzina per la ditta fabrica.

Detto Libre 7 soldi 10 dado a dui Murarj per aver smaltida e sbianchegiada la nostra Chiesia dadi a raxon de soldi 7 al dì e soldi 35 dadi al Maltarolo dadi a raxon de soldi 7 al dì.

26 Detto speso soldi 21 per pagar opere tre, che ha lavorado alla fabrica della nostra Chiesia, e soldi 16 in chiodi.

Primo Zugno dado a Francesco Zuppin grossi 19 per comprar un car de quadrelli per compir da salelar la Chiesia, cioè dall' Altar grande.

5 Detto grossi 20 dadi alli Depentori, che ha depento la Chiesia.

22 Detto dado a Maestro Paullo Depentor libre 9 de Denari per compito pagamento de la Segrestia, & li banchi, & altre cose, che lor a depento in Chiesia; & grossi 12 dadi al soprascritto per aver comprado brazza 3 de tella turchina per l'Altar grande.

3 Luglio soldi 9 dadi a Battista Magnacaval per una opera fatta alla fabrica della Chiesia.

L'anno 1220 dimorando Federico II Imperadore appo il Lago di Garda concesse alla Badessa di S. Michele il jus di emancipare, crear Tutori, dar e rimovere Curatori: conoscere le quistioni o cause, e quelle decidere, crear Consoli, Podestà, Decani, Massari ed altri uffiziali nelle terre di S. Michele, Cologna, Minerbe, Porcile, Caldiero, Colognola, Quarzago, Lavagno, Montorio, Mezzane, Stalavena, Gevio, Campo de' Lessini, ed in ogn' altro luogo, in cui avesse giurisdizione il detto Monistero. Anche questo Privilegio è nel calto suddetto GGGG, ed è in questo tenore scritto.

In

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Fridericus Secundus Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ &c.

Quia Regalem decet clementiam, Ecclesias, & loca religiosa diligere propositi nostri est, & votis petitiones justas pro Ecclesiis nostræ Majestati exhibitas benigne admittere, & jura ipsarum nostræ protectionis munimine roborare. Qua propter notum facimus universis tam presentibus quam futuris qualiter Nicolaus de Verme Scindicus & Procurator Monasterii Beati Michaelis, quod situm est in Campanea Veronensi apud Civitatem humiliter in conspectu nostro proposuit Monasterium nominatum, & tam præteritorum temporum Abbatissas, quam Gemmam, quæ in presenti tempore ipsi Monasterio Abbatissa præesse videtur Investituram recepisse a Prædecessoribus nostris qui fuerunt pro tempore de Jurisdictione, districtu, & honore Villæ Sancti Michaelis in Campanea, & Incolarum qui nunc ibi habitant, aut habitabunt etiam in futurum, & de Jurisdictione, honore, & districtu, allodii terrarum, & Possessionum, & Incolarum nunc, & in futurum ibidem habitantium sicut dictum Monasterium habet, & possidet in districtu Veronensi, in loco, & fundo Villæ Colloniæ, Menerviæ, Porcillis, Calderii, Colegnolæ, Quarzagi, Lavagni, Monteauri, Mezanæ, Stalavenæ, Jebeti, Campo de Lessini, & omnibus Curiis, & de omni eo quod ad Jurisdictionem, districtum, & honorem Imperii pertinet, & de Tholoneo pro Stazonatico nundinarum Sancti Michaelis, quod olim fiebat in Campanea Veronensi apud dictum Monasterium, & nunc consuetum est fieri in Veronensi Campomarcio, & de jure dicti Tholonei, & Stazonatici, & de omni eo quod ad dictum Tholoneum, & Stazonaticum, & Imperium pro hiis pertinet. Quapropter Majestati nostræ idem Nicolaus de Verme Procurator Monasterii nominati nostræ Excellentiæ supplicavit quatenus omnia supradicta eidem Monasterio, & Gemmæ ipsius Monasterii Abbatissæ nostra dignaretur Serenitas confirmare, licet Privilegia ejusdem Monasterii combusta fuerint vel ammissa. Nos igitur Divinæ Pietatis intuitu pro remedio quoque animarum Divorum Augustorum Parentum nostrorum memoriæ recolendæ, omnia supradicta non obstante quod Privilegia ipsius Monasterii combusta fuerint

rint vel ammissa, eidem Monasterio damus, & confirmamus, & presenti Privilegio comunimus. Insuper etiam damus, concedimus, & largimur eidem Monasterio, Gemmæ Abbatissæ, & Nicolao Scindico nominato, ut Abbatissa quæ nunc est in Monasterio ipso, & quæ deinde fuerit licentiam, & potestatem habeat exercendi jurisdictionem, districtum, & honorem in prædictis locis, & personis, emancipandi, dandi Tutores, dandi, & removendi Curatores, cognoscendi, & judicandi de suspecto, cognoscendi, & judicandi liberalibus causis, & questionibus, creandi Consules, & Potestates, Decanos, Massarios, & cæteros Officiales in prædictis locis non obstante quod ipsum Monasterium sit Monacharum. Hæc igitur omnia supradicta ex certa scientia non obstantibus legibus positis in Codice sub titulo de Arbitris, & generaliter non obstante aliquo jure veteri, vel novo, vel aliqua lege, sive Constitutione quanvis non sint nominatæ vel espressæ facientes statuimus, & presenti instrumento sancimus quatenus nullus sit, qui contra hanc Concessionem, & confirmacionem nostram Monasterium nominatum impedire, aut molestare præsumat. Quod qui præsumpserit centum librarum auri componet, quarum medietas Cameræ nostræ, altera vero passis injuriam persolvatur. Ut hæc autem rata, & firma permaneant presentem mandati paginam scribi fecimus, & sigillo nostræ celsitudinis roborari. Hujus rei testes fuerunt Bertoldus Aquilejensis Patriarcha. Henricus Pataviensis Episcopus. Sifridus Augustensis Episcopus. Jacobus Taurinensis Episcopus. Laupoldus Dux Bavariæ Comes Palatinus Reni. Anselmus Marscalcus de Justigen. Comes Guarhardus de Helfstein. Wernherius Dapifer de Bonlandia. Conradus de Werda, & alii quamplures.

Acta fuerunt hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo. Quintodecimo Kalendas Octobris Indictione nona. Regnante Dño nostro Friderico Dei Gratia Illustrissimo Romanorum Rege semper Augusto, & Rege Siciliæ, Anno vero Romani regni ejus in Germania octavo, & in Sicilia Vicesimo tertio feliciter amen.

Dat. apud Campum Sancti Danielis juxta lacum de Garda, anno, mense, & Indictione præscriptis.

L. B. I. P.

Cir-

Circa l' anno 1250 Maura o Matura Badessa di questo Monistero ordinò che le sue Monache l' abito vestissero collo Scapolare; perocchè vestivano prima nella guisa delle Vedove Secolari di que' tempi. Così leggesi in un antico Necrologio o Libro de' Morti del detto Monistero: IIIJ idus Maii. Obitus Dominæ Maturæ Abbatissæ, quæ tempore suo ordinavit portari in hoc Monasterio habitum cum Scapularì, nam antea portabant cotarditam more secularium viduarum. *Era Zia questa Badessa di Celestino e Bartolomeo de' Visconti, il secondo de' quali fu seppellito nel Chiostro dinnanzi alla porta della Cappella della B. V., la quale è in capo del Chiostro, e lasciò del 1255 tutti li suoi beni al Monistero. Non era però Maura della Famiglia Visconti ma di quella de' Marci; ed era sorella di Pietro de' Marci, il quale morì li 26 Settembre 1267.*

Ora è da sapere come signoreggiando il famoso Ezzelino in Verona erano stati gli Ecclesiastici Beneficj per opera de' prepotenti da persone indegne occupati, onde dopo la sua morte, sendo ritornati li Veronesi alla divozione della Santa Sede, supplicarono il Pontefice Urbano IV volerci provvedere. Perciò dal Pontefice fu delegato Fra Federico Priore de' Domenicani di Verona, Jacopo Canonico della nostra Cattedrale, e Fra Rodolfo Ministro de' Frati minori nella Marca Trivigiana, a conoscere e rimediare agli sconcerti cagionati da' prepotenti. Per quanto spetta al Monistero di S. Michele è da sapere che fino nell' anno 1237 eranvi state elette due Badesse: Suor Maura, e Suor Elena ambi Monache dell' istesso Monistero, ond' era nata in quello dissensione. Per la qual cosa Gregorio IX con sue lettere date nel Laterano IIII. Id. Novembris *l' anno XII del suo Pontificato delegò l' Arcidiacono di Trivigi, il Priore di S. Giovanni di Veridara Padovano, e Rodolfo Canonico di Santa Anastasia di Verona a conoscere la causa in sua vece, e nel termine di tre mesi quella eziandio decidere, altrimenti alla Santa Sede instruita rimetterla per la sua definizione; e in tanto sia data congrua assegnazione a sostentamento del Monistero, dovendosi l' avanzo custodire a requisizione della Badessa che verrà approvata. Come da questo anno fino al 1260 le cose sieno passate non sappiam noi, ma soltanto che in Breve di Alessandro IV scritto in quest' ultimo anno e diretto ad Alberto di Castelbarco Canonico di Verona si legge che lo scisma durava tuttavia, e fu sopito solo due anni dopo.*

Die

DIe Mercurii nono intrante Augusto in Coro Ecclesiæ Sancti Michaelis in Campanea in presentia Dompni Johannis Prioris Sancti Cabrielis, Fratris Montanarii ejusdem loci, Fratris Abriani Ordinis Fratrum Prædicatorum, Presbiteri Antonii Capellani Ecclesiæ Sancti Michaelis suprascriptæ, & Dñi Marcii Canonici Veronensis, & aliis testibus rogatis: Ibique Frater Federicus Prior Fratrum Prædicatorum de Verona, & Dñus Jacobus Canonicus Veronensis, cum Reverendo Viro Fratre Rodulpho Provinciali Ministro Minorum in Marcha Tervisina executores a Sede Apostolica deputati ad Ecclesias Civitatis, & Diocesis Veronæ ordinandas, & reformandas de Prælatis, Presbiteris, Clericis & Ministris nonobstante præfati Ministri absentia. Quæ ordinationem, & reformationem præfatas non debuit, nec potuit impedire cum ipse ad certum terminum ab eis sibi peremptorie assignatum convenire cum ipsis ad exequenda hujusmodi non curavit speciali auctoritate, qua in hac parte funguntur, cujus auctoritatis tenor de verbo ad verbum inferius plenius continetur. Intendentes de Abbatissa vacanti providere Ecclesiæ Sancti Michaelis de Dña Matura Monacha Abaciam, & aministrationem tam temporalium, quam spiritualium, nec non fraternitatem, & beneficium Ecclesiæ sive loco, & Monasterio Sancti Michaelis in Campanea cum omni plenitudine juris canonici contulerunt per librum quem in suis tenebant manibus de omnibus, & singulis supradictis, investientes eandem de dicta Abbacia. Et ita inmediate coram dictam: Presenti Dñus Jacobus Canonicus Veronensis auctoritate Dñi P. P. qua fungitur in hac parte posuit, & induxit dictam Dñam Maturam Abbatissam in tenutam, & corporalem possessionem tam temporalium, quam spiritualium dans, & pannos Altaris in manibus, & locum sive sedem in Coro sibi assignavit, & eandem inmediate coram dicta presencia Monache prædictæ domus, scilicet Dña Sophia, Dña Jacobina, Dña Beneneffuta, Dña Dalida, Dña Cathelina, Dña Zilia, Domina Malgarita, Domina Dulcebona. Et eandem adhuc in dicta presentia Conversæ dictæ Domus, scilicet Verdilia, Bruna, & Zenite omnes prædictæ Monachæ, & Conversæ dictæ Domus fecerunt obedientiam dictæ Dominæ Abbatissæ secundum Regulam Beati Benedicti, & ipsa eas omnes recepit obsculum pacis. Et ita inmediate Conversi dictæ Domus, scilicet Johannes,

nes, & Manfredinus promiserunt obedientiam, continentiam, & sine proprio vivere dictæ Dominæ Abbatissæ, & ipsa eos recepit. In contradictores, & rebelles in scriptis excomunicationis sententiam proferendo. Tenor auctoritatis præfatæ hæc est:

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Ministri Provinciali Marchæ Tervisinæ Minorum, & Priori Prædicatorum, & Jacobo Canonico Veronensi salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ex parte Cleri, & Populi Civitatis, & Diocesis Veronæ fuit propositum coram nobis quod felicis recordationis Alexander Papa Prædecessor noster postquam eadem Civitas ad devotionem Apostolicæ Sedis reddiit Dilecto Filio electo Veronensi * providendi Ecclesias earundem Civitatis, & Diocesis de Prælatis, & Ministris, & conferendi præbendas, & Beneficia, quæ vacabant in ipsis Ecclesiis vel vacare contigeret personis ydoneis, ac ordinandi eisdem Ecclesias de personis hujusmodi, nec non contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi concessit per suas literas plenam, & liberam potestatem. Quarum auctoritate idem Electus Prælatis, Capitulis, Canonicis, & Clericis prædictarum Ecclesiarum inhibuit ne aliquem in Prælatum, Canonicum vel Clericum eligere, aut aliquas præbendas, vel Beneficia quibuscumque conferre aliquatenus atemptaret. Propter quod eedem Ecclesiæ cum propter absentia ipsius electi nondum potuerit eis in quibus non est competens numerus servitorum provideri debitis obsequiis defraudantur. Quare idem Clerus, & Populus nobis humiliter supplicarunt ut providere super hoc paterna solicitudine curaremus. Cum itaque idem Electus Ecclesiæ Romanæ insistens obsequiis, provisionem earundem Ecclesiarum ad presens nequeat personaliter interesse. Nos volentes Cultum Divinum in eisdem Ecclesiis non minui, sed pocius augumentari. Discretioni vestræ, per Apostolica Scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus Quatenus hac vice in illis ex Prædictis Ecclesiis, quæ sunt in eo statu in quo erant ante dissentionem dudum inter Veronenses exortam antiquum servitorum numerum restauretis. Si forte in eis aliqui de numero ipso desint, alias vero Ecclesias quarum status fuerit deterioratus existit ordinetis de Canonicis, & Clericis pro ut pensatis earum facultatibus diligenter secundum Deum videritis

* Cioè l'eletto Vescovo Manfreddo.

ritis expedire. Et si forte aliquæ ex prædictis Ecclesiis Prælatis, vel Rectoribus fuerint destitutæ, in eis Prælatos, & Rectores instituere procuretis. Ac postmodum Prælatis, Capitulis, & Clericis prædictarum Ecclesiarum ordinandi ea ex tunc de Canonicis, & Clericis, ac Prælatis, & Rectoribus pro ut ad eos pertinet concedatis auctoritate nostra liberam facultatem. Cæterum cum sicut accepimus nonnulli Ecclesias, & Ecclesiastica Beneficia quidam videlicet per impositionem, & potentiam secularem, alii vero per electionem min. canonicam post promotionem prædicti Electi vel hujusmodi ejus inhibitionem in prædicta Civitate ac Diocesi occuparint, & detineant occupata, volumus, & mandamus quod vos ante omnia tales ab Ecclesiis, & Beneficiis amoveatis eisdem. Quod si alias eis merita suffragantur libera ab eis Ecclesiarum, & Beneficiorum hujusmodi resignatione accepta ipsis, & de equipolentibus Beneficiis pensatis eorum meritis in Ecclesiis in quibus taliter beneficiati fuerant providere curetis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compelatis Potestatis, Consilii, & Comunis Veronæ ad hoc si opus fuerit auxilio invocato. Quod si forte idem Potestas, Consilium, & Comune in his hujusmodi auxilium vobis noluerit exhibere super præmissis nullatenus procedatis. Non obstante indulgentiam Sedis Apostolicæ qua vobis Filii Prior, & Minister specialiter aut Fratribus vestrorum generaliter dicetur esse concessum. Ut de causis quæ vobis comittuntur per literas Sedis ipsius cognoscere minime tenemini nisi literæ ipsæ de indulgentia hujusmodi plenam, & expressam fecerint mentionem. Quod si non omnes his exequendi potueritis interesse, duo vestrorum ea nihilominus exequatur.

Dat. Viterbi II Kal. Junii Pontificatus nostri anno primo.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo Indictione quinta.

Ego Bonaventura filius qu. Faffi de Henglario Domini Friderici Imperatoris Notarius interfui rogatus, & scripsi.

Entrato poscia l'anno 1280, *e dal Capitolo de' Canonici della*

Chiesa Veronese essendo stati deputati visitatori di questo Monistero a nome dell' istesso Capitolo Jacopo d' Enghiari, e Marzio de' Marzj Canonici, ricusaron le Monache di riceverli, professando non competirsi al Capitolo tal visita de jure, & consuetudine. *Per la qual cosa da Niccolò III l'anno III del suo Pontificato furono delegati il Vescovo di Verona e il Priore di S. Francesco dal Corso a conoscere e decidere questa differenza in sua vece. Ma sendo stato da' suddetti suddelegato il Priore di Marola della Città di Reggio, ad esso ne commisero la decisione. Il Priore, ad istanza delle Monache, citò l' Arciprete e Capitolo dover dinanzi a lui comparire; dai quali fu risposto che deputasse altro luogo, non essendo la Città di Reggio luogo sicuro da comparirvi. Ma dal Suddelegato fu in contrario sentenziato, e li Canonici condannati nelle spese, ond' eglino avendo alla Santa Sede appellato furono delegati, per nuove lettere, Benvenuto Abate della Trinità e Paolo Priore della Chiesa di S. Filippo in Sacco. Questi, come si ha in Rotolo nel calto N. mazzo 2. num. 6, il dì 30 Settembre 1281, ridotto il Tribunale nella Chiesa di S. Giovanni in Foro:* partibus auditis, & visis juribus, *sentenziarono esser stato ben appellato dall' Arciprete e Capitolo de' Canonici, onde le cose furono accommodate. Io credo che tali discordie avesser origine da una mal fondata tradizione, che la Chiesa di S. Michele sia stata conceduta alle dette Monache dal Vescovo di Verona, quando è certo, che dell' 813 fu donata a' Canonici dal Vescovo Rotaldo, come si legge nel Documento impresso alla pagina 135 del Primo Libro, ond' è chiaro che da' Canonici furono di quella investite. E in fatti, come si ha in certi Processi del medesimo Monistero delle liti fatte dalle Monache contro de' Canonici sopraddetti, si raccoglie che il Campanile della detta Chiesa fu edificato da quel Pacifico che fu Arcidiacono della Chiesa di Verona. La Chiesa antica di S. Michele era la Cappella interiore della B. V. Assunta, e, secondo le memorie che si conservan nel Monistero, fu consecrata il dì 4 Dicembre. Ma la Chiesa d' oggidì, che dalle Monache fu edificata, è stata soltanto benedetta. Nacque contesa dopo ciò sopra i confini delle Parrocchie di S. Nazaro e di S. Michele, e la differenza fu decisa per Decreto di Bellengerio Viscardi, come si raccoglie da suo Decreto del 1342 negli Atti di Fioramonte dell' Isolo di sotto nel calto H. mazzo 2. num. 4. del citato Archivio.*

Della

Della Chiesa e Monistero di S. Nazaro.

Anche prima che il corpo di Santa Giuliana fosse in questa Chiesa trasferito intitolavasi la stessa Chiesa de' Santi Nazaro, Celso e Giuliana, come ho poi scoperto per la seguente donazione fatta alla medesima Chiesa da Lanfranco del qu. Ingelberto di Montorio l' anno 1034, *che originale nell' Archivio del detto Monistero si custodisce.*

IN nomine Domini Dei æterni anni ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi millesimo trigesimo quarto, Chonradus Gratia Dei Imperator Augustus Deo propitio hic in Italia anno octavo sub die quartodecimo Kalendas mensis Marcius Indictione tercia feliciter. Ecclesia, & Monasterium Beatissimi Sancti Nazarii, & Celsi, & Beatæ Julianæ Virginis sita foris Porta Sanctæ Mariæ, quæ dicitur Organi, * hubi nunc præsenti tempore Domnus Mauro Venerabilis Abbas, Custos, & Rector ipsius Ecclesiæ esse videtur, hubi multas res a bonis hominibus delegate sunt Ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Lanfranco filio qu. Ingelbertus habitator in Castro Montetauri, qui professus sum ex natione mea lege vivere Alemanorum, & per hanc presentem paginam offersionis mee, & per duas manicias hac tradere visus sum, & corporaliter facio in supralcripta Ecclesia, & Monasterio vestitura, & tradicionis nomine justa lege mea Alemanorum dono, cedo, trado, atque offero in supraseripta Ecclesia, & Monasterio Sancti Nazarii, & Celsi, & Beatæ Julianæ Virginis pro anima mea, & parentum meorum a presenti die & ora ad jure ipsius Ecclesia, & Monasterio proprietario nomine ad habendum, Idest ex integra terra pradiva in loco uno juris proprietatis meæ, quæ Ego abere, & possidere visus sum, quibus esse videntur in finibus Veronensibus in loco, & fundo Centenniano, ubi dicitor Porto, &c.

* Porta Organa.

Et quia ego ipse supraſcriptus Lanfranco huic membrana simul cum Calamo, & hactramentario comp . . . . ., & duas Wantos totum insimul manibus meis de terra levavi,

&

& Ganselmo Notario tradidit ad scribendum, & testes in qua hic subtus ad me rogatos obtulit ad roborandum.

Acto in Castro Veronense feliciter.

Signum ✠ manu suprascripti Lanfranco, qui hac cartula offersionis fieri rogavit ad omnia suprascripta, & eum relectum est.

Signum ††† manibus Giselberto, & Martino, seu, & Landentus viventes Lege Alemanorum testes.

Signum †† manibus Benedicto, & Erimprando testes.

Signum †† manibus Tebaldo Vicedomno, & Clamento testes.

Ego qui suprascriptus Ganselmo Notarius dictus Gatus qui hanc paginam scripsi, & postradicta complevi.

Fino nell'anno 1116 era questo Monistero fuori delle mura del Castello o Cittadella di Verona, edificate in vicinanza del Brolo del Monistero di Santa Maria in Organo. Ma sendo stato poscia il Castello stesso ampliato mediante un nuovo recinto da quella banda si restò il Monistero di S. Nazaro dentro del Castello, e fuori all'opposto la Chiesa del Santo Sepolcro, come si raccoglie dal Documento scritto l'anno 1178, e impresso alla pag. 577 del Secondo Libro. La qual Carta, col confronto de' Documenti impressi alle pagine 658 e 659 di questo Volume, non si va altrimente errata, come un tempo creduto abbiamo. Ora in questo nuovo circondario fu edificata una Porta, la quale del Vescovo fu detta, forse perchè dal Vescovo di Verona fu fabbricata con alcuna parte delle mura da quella banda; oppure perchè, sendo all'ora il Vescovo Capo della Veronese Repubblica, veniva la detta Porta per lo stesso Vescovo presidiata per avventura e custodita: o forse ancora, come altri dicono, perchè li Vescovi novellamente eletti facendo il loro ingresso da quella parte, per ciò, allorchè fu edificata questa Porta, le fosse cotal nome imposto. Lo che per antica tradizione afferman sapersi. Il motivo che ci move a così pensare, dopo averne conjetturando altre volte differentemente favellato, si è, perchè

chè appenna fabbricata le fu del Vescovo il nome imposto, onde non è quella ch'era edificata nelle suddette mura appo Santa Maria in Organo, come riferiscono i vecchj Scrittori Veronesi. I quali ingannaronsi in credere che la detta Porta, della quale restano due pilastri, uno incorporato in quella casa che è rimpetto al Brolo di Santa Maria in Organo, l'altro nella casa in faccia a quella, si chiamasse del Santo Sepolcro e poi del Vescovo per lo frequente passaggio che vi solea fare il Vescovo Giovanni nell'XI Secolo; essendo cosa certa che non del Santo Sepolcro, nè del Vescovo, ma dell'Organo appellavasi; ed essere quella stessa della quale nella donazione di Lanfranco sopraddetta si fa menzione; laddove la Porta del Vescovo era edificata, come veduto abbiamo, nelle nuove mura, che erette furono nel XII Secolo oltre il Monistero di S. Nazaro. Delle quali mura non avendo avuto notizia li detti Scrittori nostri, immaginaronsi che la Porta Organa fosse quella, che, secondo essi, chiamavasi del Santo Sepolcro, poi del Vescovo; pensando per lo contrario, che la Porta Organa fosse quell'altra per cui, quasi accanto al ramo del fiume Adige, da Santa Maria in Organo si va al Seminario Vescovile ed alla Chiesa di S. Vitale. Lo che ho quì voluto ricordare per correggere ciò che, le orme di tali Scrittori seguendo, di queste Porte ho io altrove riferito. Ma delle vecchie mura e delle Porte in esse edificate avendo meco stesso deliberato trattare in un breve supplemento alle Cronache del Zagata ec., perciò da questa digressione ritornando a favellare del Monistero di S. Nazaro dico, che del

1091 Colombano *vi era Abate; e circa l'anno*

1150 Clemente; *E come li 5 Luglio 1365 Bartolomeo Monaco del detto Monistero fu deputato Economo dell'istesso Monistero da Pietro Vescovo di Verona: che del 1374 la detta Badia era vacante, ma del*

1375 Giordano Vagnoni o Vajoni *Piemontese n' ebbe il possesso. Del 1382 dal suddetto Vescovo vi fu deputato Economo un Monaco per nome Giovanni; e del 1383 un altro Monaco chiamato Federico d'Alemagna. Del*

1384 Gianfilippo *Monaco Professo di Santa Maria di Benevento fu eletto Abate. Ma il dì 9 Settembre, sendo stato trasfeto alla Badia Beneventana, fu creato dal Papa in sua vece*

Gio: Malvezzi. *Del 1399 però non era più alcun Monaco nel Monistero. E il Perini, nel Catastico da esso compilato delle scritture dello stesso Monistero, afferma aver letto che si erano ritirati a S. Jacopo del Grigliano.* Del-

Della Chiesa di S. Pietro in Archivolto.

NEll'Archivio della Chiesa di S. Giovanni in Valle si ha un espresso comandamento fatto dal Vescovo Pietro Pini nell'anno 1349 a Pietro Prete, intimandogli doversi presentare al suo Vicario, ed assistere sì di giorno come di notte a' Divini Officj nella Chiesa Cattedrale qual benefiziato Sancti Petri Apostoli de Archivolto, & Ss. Gervasii, & Protasii structi in Ecclesia Cattedrali, & facere residentiam diu, noctuque ad Divinum officium in Cathedrali, pro ut dicti Beneficii onus requirit.

Della Chiesa de' Ss. Pietro ec. di Calavena.

PEr li confronti da noi fatti dopo la pubblicazione del Libro Secondo di queste Notizie alcuni errori nella serie degli Abati di Calavena scoperti abbiamo, onde colla scorta di altri Documenti posteriormente osservati un nuovo Catalogo di essi Abati ci è paruto ben fatto quì registrare.

1133 Pellegrino *nominato anche in Documenti del* 1134 e 1143.

1159 Rodolfo. *Sotto il reggimento di questo Abate, cioè l'anno* 1162, *pervenne in potere del Monistero il Castello di Cogolo. Dopo si han Documenti ne' quali si nomina l'istesso Abate dal* 1166 *fino al* 1175.

1178 Simone.

1210 Guariento o Wariento. *Questi vi era Abate insieme con otto tra Monaci e Conversi, come in Documento del* 1211 *nell'Archivio del Monistero di S. Spirito di Verona.*

1224 Clemente.

1237 Stefano *nominato in Documenti nel citato Archivio.*

1263 Porcillano.

1291 Giovanni, *del quale ho io notizie fino all'anno* 1313.

1325 Galvano.

1331 Castellano.

1359 Michele di Mantova.

1383 Francesco. *Dopo il quale*

An-

Antonio di Frascenedo, *che del* 1390 *fu creato Abate Commendatario del Monistero di Santa Maria in Organo.*

1390 Benedetto Pasti. *Ma sendo stato scoperto parziale di Francesco Carrara Signor di Padova, perciò temendo di Giangaleazzo Visconte Signor di Verona, fu costretto dalla Badia allontanarsi; onde per opera del Visconte fu creato Abate nel*

1391 Antonio *Arciprete Padovano. Ma qual legittimo Abate non fu riconosciuto; perocchè sendo passato poscia il Pasti di questa vita fu creato Abate del*

1393 Giovanni di Frascenedo *Padovano, Professo del Monistero di S. Nazaro per Breve di Bonifacio IX.* 10 *Febbrajo dell' istesso anno.*

1418 Giovanni *di Peraga.*

1424 Maffeo Maffei *Monaco professo di S. Zen Maggiore in età di ventidue anni circa, per Breve di Martin V.* 28 *Giugno. Ma sendo stato trasferito da Eugenio IV l'anno* 1433 *alla Badia di S. Fermo Minore di Brà fu conceduta la Badia di Calavena alla Congregazione di Santa Giustina di Padova (detta dell' Unità, per esser stata unita a quella di Monte Cassino) fino attanto che essa Congregazione avesse conseguito il Monistero di S. Nazaro; e per questo si ha che del*

1442 D. Giuliano da Ferrara *Monaco Cassinese fu Abate di Calavena. Ma perchè il dì* 14 *Luglio del*

1443 *La Congregazione Cassinese avea ottenuto il possesso del Monistero di S. Nazaro, perciò, stante la riserva del Pontefice Eugenio IV, essendo venuto il caso della vacanza di quello di Calavena, la Congregazione di Santa Giustina lo rassegnò, e dal detto Pontefice con suo Breve* 19 *Luglio fu creato Abate*

Pietro Avogari *Monaco professo di S. Nazaro. Ma del*

1455 Martin Badoaro *Canonico di Padova vi fu preposto qual Abate Commendatario; e del*

1488 Agostino Maffei *coll'istesso titolo del Badoaro. Finalmente li* 2 *Aprile* 1498 *per Breve di Alessandro VI fu unita questa Badia alla Congregazione Cassinese, i cui Monaci ne presero il possesso li* 15 *Novembre susseguente. Ciò però nulla ostante dicono che del*

1500 Girolamo Maffei *vi era Abate Commendatario ed anche nel* 1502. *Ma del*

1503 D. Celso di Verona *Monaco Cassinese, che vi era anche nel* 1508.

1515 D. Mattia *di Pavia.*

1529 D. Marco *di Cremona, il quale fu l'ultimo.*

Della Chiesa di S. Pietro in Carnario.

D*A Milone Conte, poi Marchese, probabilmente di Verona, essendo stata edificata questa Chiesa, è cosa verisimile che dallo stesso sia stata sottoposta alla giurisdizione de' Canonici della Cattedrale, come della Chiesa di Santa Maria di Ronco similmente avea fatto; onde gl' istessi Canonici procurasser di farla confermare alla loro giurisdizione dal Pontefice Alessandro III. Lo che anche ottennero per suo Breve impresso alla pag. 539 del Secondo Libro. Ma queste due Chiese sendo passate poscia sotto il dominio Vescovile, come si ha ne' Documenti altrove già stampati, dal Vescovo di Verona sono rimaste poi sempre dipendenti.*

Della Chiesa di S. Pietro in Monistero.

S*Econdo gli Scrittori Veronesi chiamavasi questa Chiesa di S. Pietro delle Vergini perchè fu nel tempo del Gentilesimo di Vergini dedicate alla Dea Vesta. Ma che abbracciata ch' ebbe la Città nostra la Fede di Gesù Cristo fosse dedicata al Prencipe degli Appostoli S. Pietro. Onde abbiano tale Storia imparata non si sà, ma è da credere che appoggiati ad una popolar tradizione tal cosa affermassero. Io però tengo che con tal nome appellassesi, perchè, come afferma il Canobio, fino nel 780 era da Monache ufiziata. Queste nell' anno 968 vi erano tuttavia, e dal Vescovo di Verona erano dipendenti. Lo che raccogliesi da Documento Capitolare scritto* Imperantibus Ottone Magno anno VII, & Ottone filio ejus hic in Italia anno I de mense Majo., & Indictione XI. . . . nomine Monasterii Sancti Petri Puellarum sito infra Civitatem Veronæ, quod est sub potestate Episcopii Sancti Zenonis &c. *Ci viene affermato asserire un nostro Antiquario essere stata conceduta questa Chiesa nell' Undecimo Secolo dal Vescovo di Verona all' Abate di S. Zen Maggiore, in concambio della Chiesa di S. Tommaso in Sacco nel territorio Padovano. Ma veggendosi ambi queste Chiese confermate alla giurisdizione dell' istesso Abate in un Privilegio di Federico I scritto il*

dì 6 Dicembre 1163, *e in un altro di Onorio III Pontefice* 22 *Ottobre* 1222, *quindi manifestamente apparisce essere una favola. Però è da credere che suddita divenisse per altra via dell'Abate di S. Zenone. Quando vi sia cessata l'abitazione delle Monache non ci è riuscito sapere, ma soltanto che del* 1067 *vi eran de' Preti, uno de' quali, che Domenico s'appellava, si nomina in Carta* 4 *Gennajo dell'istesso anno nell'Archivio della Badia Zenoniana*: Dominicus Presbiter de Ecclesia Sancti Petri, quæ dicitur Puellarum, & est habitator in Civitate Veronæ prope ipsa Ecclesia. *Quando vi siano stati introdotti alcuni Monaci di S. Benedetto dipendenti dall'Abate Zenoniano non è similmente a nostra notizia, ma solo che vi eran nell'anno* 1147, *tuttavia però il nome di Monistero di Vergini conservando, onde nel testamento di Pellegrino figliuolo del qu. Azerio, scritto del* 1137, *nel citato Archivio, in giorno di Giovedì* quartodecimo Kalendas Martii Indictione quintadecima *negli Atti di Giovanni Notajo si legge*: voluit dari . . . . . . Ecclesia Sancti Petri, ubi dicitur Monasterium Puellaum campum unum cum olivis in Lazisi, ubi dicitur Pusterula de supra, & præcepit &c.

Appendice ai Supplementi del Monistero di Santa Maria delle Vergini di Campo Marzio.

PEr *la soppressione successa del Benedettino Istituto nel Monistero di Santa Maria Maddalena narrato abbiamo essere stato unito li* 18 *Gennajo* 1350 *al vicino Monistero di Santa Maria delle Vergini. Di questa unione avendo veduto poscia un voluminoso rotolo membranaceo appo le Monache di Santa Maria delle Vergini abbiam scorto, che dal Vescovo Giovanni di Verona fu a queste conceduto il Monistero di Santa Maria Maddalena, con questo, che dieci di esse Monache lo stesso Monistero abitar dovessero sotto il governo di una Superiora con titolo di Vicaria eletta dalla Badessa di Santa Maria delle Vergini e dal Vescovo di Verona confermata, acciò la Chiesa di Santa Maria Maddalena in vece delle soppresse Monache uffiziassero coll'assistenza di un Cappellano agli officj del giorno e della notte. Ma quelle di Santa*

ta Maria delle Vergini pentite poscia, istanza fecero al Pontefice Clemente VI perchè sottratta fosse questa nuova Colonia dalla giurisdizione del Vescovo di Verona; avvegnachè dipendendo esse dai Frati di S. Fermo non era cosa convenevole, che Monache d'un istesso Collegio al Vescovo soggette esser dovessero; Perlochè dal Pontefice con suo Breve dato in Avignone il Decimoquinto giorno delle Calende di Luglio 1351 *furono delegati il Vescovo di Vicenza, l'Abate di Santa Maria in Organo e quello di S. Fermo Minore a conoscer di ciò la verità; e tale essendo dalla giurisdizione del Vescovo le rimovessero. Ottenute ch' ebber le Monache le Lettere Pontificie fecerle presentare per la loro esecuzione all' Abate di Santa Maria in Organo li* 6 *Dicembre* 1351; *dal quale furono al Vescovo Pietro della Scala tre giorni dopo intimate. Un esemplare di queste Lettere nel Calto* 98 *maz.* 6 *num.* 18 *del loro Archivio si custodisce, ed è questo.*

CLemens Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Vincentino, & dilectis Filiis . . . Sancti Firmi Minoris, &.... Sanctæ Mariæ in Organo Monasteriorum Veronensium Abbatibus salutem, & Appostolicam benedictionem. Pastoralis officii cui volente Domino præsidemus debitum exigit, ut circha statum Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, & præsertim quæ desolacionis suæ detrimenta deplorant, prospere dirigendum sollicite cogitantes pro ipsorum opportuno relevamine, ac degentium in eis personarum salubri quiete quantum cum Deo possumus operosum studium, & favorem benivolum impendamus. Sane peticio pro parte dilectarum in Xpo filiarum ... Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ de Campo Marcio prope Veronam, Ordinis Sanctæ Claræ nobis nuper exhybita continebat, quod dudum Venerabilis Frater noster Johannes Bononiensis, tunc Veronensis Episcopus, considerans quod Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ Veronen. Ordinis Sancti Benedicti, quasi ex toto collapsum, & desolatum, multisque, & magnis debitis oneratum, ejusque possessiones, & bona in magna parte dillapidata, & alienata, & sub usurarum voragine obligata erant, & relique ipsius possessiones inculte jacebant, ac domus, & hædificia ipsius reaptacione maxima indigebant, & quod quinque Sorores dicti Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ dumtaxat in eo absque Abbatissa diucius remanserant,

rant, inhonestam, & lascivam vitam ducebant, & extra Monasterium ipsum indecenter pro libito vagabantur; quodque tam ipsæ Moniales, quam aliæ personæ ipsius Monasterii ex ejusdem Monasterii redditibus non poterant comode substentari, ex præmissis, & multis aliis rationabilibus causis motus, habito pluries super hiis tractatu cum dilectis filiis... Capitulo Veronensi, & nonnullis aliis Prælatis, & personis Ecclesiasticis, Secularibus, & Regularibus Civitatis Veronensis, cum consensu dictorum Capituli præfatum Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ dicto Monasterio de Campomarcio, nonobstante quod diversorum essent Ordinum, auctoritate ordinaria in perpetuum anecxuit, & univit, ordinans inter cætera, quod in dicto Monasterio Beatæ Mariæ Magdalenæ certus esse debeat Monialium numerus per Abbatissam dicti Monasterii de Campo Marcio de Monialibus, seu Sororibus ejusdem sui Monasterii de Campomarcio elligendarum, seu presentandarum eidem Episcopo, & per ipsum Episcopum instituendarum ibidem, & de ipso numero Monialium in dicto Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ sic institutarum, unaquæ reliquis, & ipsi Monasterii præesse deberet, quæ Vicaria nuncuparetur per dictam Abbatissam elligi, & per Episcopum Veronensem, qui esset pro tempore confirmari deberet, & quod ipsa Vicaria, & Moniales; quæ in dicto Monasterio forent per eundem Episcopum qui foret pro tempore approbate, debeant in eodem Monasterio perpetuo ressidere, nec Clausuras dicti Monasterii ex hyre, & vivere secundum Regulam, & Ordinem Sanctæ Claræ prædictos, & quod nihilominus Monasterium ipsum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Vicaria, & Moniales, seu Sorores, & aliæ personæ, quæ in eo pro tempore degerent, cum omnibus bonis, & juribus ipsius Monasterii sub jurisdictione ipsius Episcopi, & successorum suorum perpetuo remanerent, sibique etiam, & successoribus suis resservavit omnem jurisdictionem, auctoritatem, & potestatem, obedienciam, subiectionem, reverenciam, destitucionem, correctionem visitacionem, ressformacionem, censuram ec. Ecclesiastica, penitencias, & Sacramentorum omnium spectancium, & pertinencium ad ipsum Episcopum exhybictiones, nec non Synodum seu Synodario nomine quid debetur, contribucionem caritativi subscidii, & aliorum onerum quartam decimacionum funeralium, & mortuorum, quæ oc-

occurrent in futurum, & censuum eidem Episcopo debitorum, ac omnia alia, & singula jura, quæ ad ipsum Episcopum, & ejus Episcopatum in dicto Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ ante unionem hujusmodi quomodolibet pertinebant, volens, & protestans, quod per unionem hujusmodi nullum præjudicium fieret Episcopatui Veronæ, nec per eam de ipsius Episcopatus juribus intelligeretur aliquid abdicatum. Quæ omnia Abbatissa, & Conventus ejusdem Monasterii de Campomarcio supradictæ ratificaverunt, & per eorum Sindicum juramentum firmarunt, prout in publicis Instrumentis inde confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte ipsarum Abbatissæ, & Conventus Monasterii de Campomarcio nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictam unionem auctoritate Appostolica confirmare, nec non cum ipsæ, & Monasterium earum prædictum de Campo Marcio sub cura Fratrum Ordinis Minorum regantur, & ab omni dominio, jurisdictione, & potestate Episcopi Veronensis qui est pro tempore, & quorumlibet aliorum ordinariorum Judicum sit prorsus exemptum, & indecens, ac minus expediens videatur, quod dictum Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ tamquam membrum a suo Capite discrepans, alteri sit subjectum, providere super hoc de benignitate Appostolica dignaremur. Nos igitur qui Monasteriorum prædictorum statum salubrem, & personarum in eis degentium quietem paternis desideriis affectamus, quia de præmissis certam noticiam non habemus, dictarum Abbatissæ, & Conventus Monasterii de Campomarcio in hac parte supplicationibus inclinati discretioni vestræ de qua in hiis, & aliis gerimus in Domino fiduciam specialem per Appostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, si ita est, unionem prædictam auctoritate nostra confermare, omnemque deffectum, si quis in ea intervenerit, de potestatis nostræ plenitudine supplere curetis, & insuper, ut præfatum Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ, suo Capiti sit conforme, & Moniales, quæ in eo pro tempore fuerint, una cum Abbatissa, & Sororibus dicti Monasterii de Campomarcio in semitas mandatorum Domini paribus gressibus ambulent, ac uno eodemque regimine gubernate, quietum possint Altissimo reddere famulatum Monasterium ipsum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & personas quaslibet, quæ degunt, & degent perpetuis temporibus in eodem, ab omni

omni Jurisdictione, dominio, & potestate Episcopi Veronensis qui est pro tempore & quorumlibet aliorum ordinariorum Judicum totaliter exymatis. Ipsaque Monasterium, & personas debere perpetuo gaudere omnibus Privilegiis, Immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus Monasterium de Campomartio, & Abbatissa ejus, ac Sorores prædictæ gaudent, & quomodolibet potiuntur, nonobstantibus quibuscumque Constitucionibus Appostolicis, vel aliis, aut statutis, vel consuetudinibus Monasteriorum, & ordinum prædictorum, nec non ordinacionibus, ac reservationibus, & protestationibus supradictis per eumdem Episcopum in unione præfata appositis, ut præfertur, nec non quibuscumque approbationibus, promissionibus, penis, obligationibus, seu etiam juramentis Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ de Campomarcio prædictarum sub quacumque formam, vel expressionem verborum conceptis, auctoritate præmissa decernatis. Ipsasque Abbatissam, & Conventum, seu Moniales, & personas, quæ in dicto Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ pro tempore fuerint ad observantiam ordinamentorum statutorum approbatorum, & juramenti prædictorum in perpetuum non teneri, eadem auctoritate etiam declaretis.

Dat. Avinion. XV Kal. Julii Pontificatus nostri anno Decimo.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo Indictione Quarta.

Intimate che furono le dette Lettere Pontificie al Vescovo soppraddetto per un Nunzio a questo effetto dall' Abate eletto, il Vescovo pro se, & Episcopatu Veronæ, & pro suis Successoribus visis, lectis, & examinatis dictis litteris dicti Domini Abbatis delegati, & Executoris prædicti, & earum perspecto, & intellecto tenore sibi presentatis per dictum Roffinum Nuncium Juratum, & specialem dicti Dñi Abbatis delegati, & executoris prædicti, ex ejus Dñi Delegati, & Executoris parte, dixit, & respondit dicto Roffino Nuncio Jurato, & speciali, presentibus me Notario infrascripto, & testibus suprascriptis, quod non intendebat pro se, & dicto nomine contradicere, & se opponere quim dictus Dñus Abbas delegatus,

tus, & Executor prædictus procederet, seu procedere deberet ad executionem dictarum literarum Appostolicarum in dictis literis sibi presentatis in prædictarum, & contentarum in eis, & mandati sibi injuncti, juxta prædictarum Literarum Appostolicarum, continenciam, & tenorem, & in eisdem literis Appostolicis traditam sibi formam Justicia mediante. *Fu dopo ciò a pubblica notizia affisso il Breve alla Porta della Chiesa di Santa Maria in Organo, e dopo alcune solennità, nè il Vescovo, nè alcun altro opponendosi, eseguì l'Abate le commissioni Pontificie. Quando cessasser però d'abitare le dieci Monache il Monistero di Santa Maria Maddalena e riunitesi a quelle di Santa Maria delle Vergini non sò io, ma soltanto che ancor al presente la Vicaria di Santa Maria delle Vergini conserva in certo modo il grado di Superiora della medesima Chiesa e Monistero. Per quanto appartiene all'officio della notte è da sapere, che quelle di Santa Maria delle Vergini* l'anno 1658, sotto l'Abadessato della R. M. Verde Moscarda fu col consenso di tutto il Capitolo, e col beneplacito de' nostri Superiori levato il Matutino della notte, e trasportato alla matina del levar del Sole. *Così sta registrato tra le memorie del detto Monistero.*

Della Chiesa e Monistero di Santo Antonio di Legnago.

Circa l'anno 1429 alcuni Frati de' Minori Osservanti di S. Francesco abitavano il Monistero di Santo Antonio Abate non lungi dal sito ov'è la Fortezza di Legnago. Ma sendo stato questo Convento dopo il principio del XVI Secolo per la nota guerra desolato, un altro ne edificarono appo la Piazza nella Fortezza di Legnago, così alcuni. Ma ciò è appunto il contrario; perocchè il Convento di Santo Antonio Abate fu dato a' detti Religiosi nella terra di Legnago l'anno 1520 per Breve di Leon X in iscambio dell'altro ch' era prima fuori di Legnago, così il P. Gonzaga. Questa ultima narrazione sendo stata inavvedutamente da' nostri Copisti tralasciata era per ciò necessario che in questi Supplementi s'aggiugnesse.

Dell'

Dell'Ospitale di Santo Apollinare. della Pecana.

DI quello ch' era non guari dalla Porta del Vescovo distante si parla nella Ducale del Doge Cristoforo Moro, e non à quello delle Monache di Lugo, come alla pag. 25 del III Libro per errore s' è detto. Le quali alcun Spedale colà non aveano.

De' Priori di S. Salvator Corte Regia.

UNa copiosa serie de' Priori Camaldolesi, da' quali fu retto questo Monistero, sarebbe d'uopo quì registrare. Ma sendo questo Libro voluminoso ormai diventato ci riserbiamo darnela nella promessa Storia del Monachismo. E quì soltanto si avverte che quel D. Giorgio di Ferrara, che del 1289 era Priore in questo Monisterò, morì in Ferrara li 26 Dicembre e fu seppellito nel Chiostro de' Frati di S. Domenico di quella Città, non in quello di Santa Anastasia di Verona, come alla pag. 705 del Secondo Libro per non diritta avuta informazione s' è detto.

Del Monistero di S. Silvestro di Nonantola.

LAddove si è parlato di questo Monistero la ragione addotta abbiamo perchè un esteso Diploma di Desiderio Re de' Longobardi ci piacque tralasciare. Essendo però tale ommissione ad alcuni Eruditi spiaciuta, perciò a questi per compiacere quì imprimere lo faciamo. E' un bellissimo Documento, e molte belle notizie in se contiene; tra le quali notabile è l' obbligazione che il Re impose al Monistero Nonantolano di contribuirgli quaranta lucj tanto nella Quaresima maggiore come in quella di S. Martino, condotti a Pavia, a Mantova, o a Ravenna, ov' egli si ritrovasse, onde impariamo che nell'Avvento anche le persone secolari in que'tempi digiunavano.

FLavius Desiderius Vir Excellentissimus Rex Monasterio Beatissimorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli

 sito

fito Territorio Mutinensi loco qui dicitur Nonantula, & Ven. Viro Anselmo Abbati, seu Cunctæ Congregationi ibidem consistentium. Cum Apostolus Domini, & Doctor gentium nos non solum coram Deo, sed etiam, & coram hominibus providere monuit bona. Quid aliud docuit, quam nos omnes deligere homines, maxime venerabilibus locis, & sapientibus Deo de nostris opibus subvenire. Manifesta causa est, quoniam ante hos dies concessit Vir Ven. Arstulfus Rex excellentissimus Venerationi tuæ sylvam unam ex Corte gena per designata loca coherente ab una parte fluvio Pannario, & ab alia parte cesa quæ est inter per fecitanos, & suprascripta sylva usque in rivo Mortuo a tertia parte strata publica, a quarta vero parte sylva, & paludes una cum basilica Beati Martini Confessoris Xpi in integrum, sicut a Ven. Viro Arstulfo possessa est idest cum omnibus legalibus, & decimationibus, & pertinentiis, & edibitionibus, quæ exigi possunt, aut poterunt de omnibus rebus, quæ videntur esse infra suprascriptas coherentias. Quatenus ibi jam factum Monasterium construeretis, sicut & factum est. Nunc autem postulavit veneratio tua nostram præcelsam potestatem per dilectum fidelem nostrum Giselprando, quatenus jam facto Sancto Monasterio, & tuæ venerationi jam dictam sylvam sicuti coherentia dicta est per nostrum præceptum reconfirmare videremus cum omnibus quæ supra leguntur. Et aqua de fluvio Gena ad cujuspiam hominis potestatem subtracta non fiat, atque subtus strata publica nullus molendinum ædificare præsumat usque fines illorum fluminum, præter duo Molendina in Corte Panciano ædificanda sine ipsorum licentia Monachorum. Nos vero Dei Omnipotentis considerantes misericordiam, & vestram congruam obaudientes petitionem confirmamus in ipso Sancto Monasterio vel venerationi vestræ jam dictam sylvam juxta ut coherentia dicta est cum omnibus quæ supra leguntur. Confirmamus etiam in eodem Sancto Monasterio vestro insulam unam, quæ esse videtur inter Pannarium, & fossam, quæ dicitur munda per designata loca, ab oriente prædictus fluvius Pannarius, a meridie villa Saliceto, ab occidente prædicta fossa munda, & militaria usque sylva communis. Et de subtus fossa mortua exiente in Lupoleto cum omni integritate, quæ supra legitur; Et in prædictis fossis vel flumine nemo audeat molendinum ædificare absque con-

concessione Abbatis, aut Monachorum, nec non & confirmamus tibi omnes res illas, quas ante hos dies venerabilis Rex Hostulfus tuæ largitus est venerationi. Cortem quoque Canetulum in territorio Mutinense cum omnibus pertinentiis suis, atque sylvam de Lupoleto cum omni integritate, seu sylva Muciarese, Madegaticum, Campanam, Pontenarium, & paludes Grumulenses usque in limitem Decimanum, qui percurrit inter Gauzianum, & vilam Ulianam, & de ipso limite in Pannario veniente; Et de via Decimanense habeatis usque in fossatum finalem quæ ad ipsa corte Canetulum pertinent, atque ex alia parte finis Delamese, quæ est Modena, Et ex alia parte sicut vadit arginem Salese insuper, & sicut vadit fossa Quintana, quæ devenit juxta Gauzianum, & dividit inter Cortem Salesem, & prædictam cortem Canetulum, & ex alia parte fossa Quintana cum paludibus suis, seu vicum Siculum cum omnibus pertinentiis suis in integrum sicut supra comprehensum est cum Ecclesia B. Petri Apostoli, quæ ibi a Massariis Ven. Arstulfi Regis inibi residentibus ædificata est, Unum caput tenentem in vico Warcinense, quæ currit juxta Ecclesiam Sancti Georgii veniente in Pannario; Ex alio vero latere in fine Lamense, & fluvium Scultennam, qui & Pannarius deducendi habeant potestatem ubicumque illis melius visum fuerit, & ut nullus inferioris magnæve potestatis homo Molendina, vel portus cum sandonibus, aut naves in ipso fluvio, vel Lavaturiam ædificare audeat, aut piscationes facere, aut cum navigio pergere sine vestra licentia. Item secundum hoc nostrum præceptum confirmamus in vobis sylvas, & paludes, sive prædictam fossam Lavaturiam cum omnibus fossis, & campis per legitimos fines percurrentibus; Idem ex alia parte fluvium Gena conjungentem se in Rosalese, & utrasque ripas fluvii Pannarii usque duodecim pedes in latitudine sicut ad publicum pertinent. Stabilimus autem vobis, vestrisque successoribus, qui in seculum seculi in jam dicto Beati Sylvestri Nonantulanensis Monasterii pro tempro Christo servierint sylvam unam in Gaiumlomese, veluti ad cortem Flexianam pertinuit in integrum ut supra dictum est per designata loca, ex uno latere fluvium Lamma, de alio latere fluvio Modena tenente uno capite in limite Polito, & alio capite in loco Cornio, & Fraxeno intrante Luduriam, & Luduria intrante Modena subtus Casale

de Modenula, qui infra ipsis literibus volumus ut permaneat. & a strata publica usque in Padum, & ut in ipsis fluviis Modena, Lamma, seu Luduria nullus audeat facere Molendina nec portum ædificare præter Abbatis, & Monachorum Molendina, quantum fines illorum continent; Et per Padum de subtus usque in fossa, quæ vocatur Cararia, atque ex alia parte per Modenam in Josum usque in capite de prædicta fossa; Et medietatem ex Piscariis prædicti Ven. Arstulfi Regis in territorio Mantuano in loco Sarmecha, & Bundeno, atque alias piscarias in finibus Regisianis, & Flexianis, sicut Ven. Arstulfus in vestro contulit Monasterio, ex una parte currente fluvio Modena, de alia parte fluvio Bundeno, unum caput in fossa quæ dicitur Firmana, seu Villula, & lacu per Floriana, sive per Albaretum, seu fossa Scavariorum usque in Spino, alio item capite in Pado tenente una cum arboribus, & limitibus, qui infra præscriptas coherentias esse videntur. Omnia vobis, & posteris vestris in perpetuum confirmamus, tam sylvas quam pascuas, seu limites, & paludes, omnesque alias fossas, & campos, seu paludes in qualescumque piscationes fiunt exeuntes, vel intrante a Spino in Josum, usque in fossam latam, & Cambanonem cunctas fossas, & paludes, quæ fiunt de fluvio Bundeno. Item Tresedaria cum campis suis, & campum Formicosum inter Ponticlum, vel lacum fatuum, cum ipso Ponticlum, & omnes Lacoras usque ad grumum, seu sylvam, & Lacorianum, atque Ferrariam, & ipsas Lacoras per Trepontium, quæ de Bundeno exunt, & Spino, atque Trepontio in Bundeno, & lacu de Vulpino, simulque Tumbum, qui exit de Bundeno in Porcariam, & Saiclam, atque ex alio latere Saicla exeunte de Vulpino intrante in lacu de Duratino, Buceneto, qui exit de Tumbo Mortuo intrat in canarise, tenente unum caput in Canalido, & aliud in Duracino. Simul etiam & campum de Duracino, atque Bonosola qui ponit caput in Arculas, simulque modum duas Arculas contractionis Lacoras, & lacum de Fulginio ponentem caput in Bundeno; nec non & Virginiana cum omnibus lacis, ac fossis quibuscumque piscariis in integrum sicut Ven. Arstulfus in prædicto confirmavit Monasterio. Insuper prædicto Sanctæ Nonantulanensis Ecclesiæ Monasterio, & vobis Domno Anselmo Abbati, vestrisque posteris, qui pro tempore Deo volente in præfato Mona-

nasterio ordinati fuerint per hanc nostri præcepti paginam concedimus Capellam super ripam fluvii Borianæ sitam in honorem Sanctæ Dei genitricis Mariæ consecratam cum universis ædificiis suis, & omnium hominum ibi aspicientium cum colonis, & massariciis, atque omnibus appenditiis suis, servis, & ancillis, aldionibus, & aldianis, cunctisque ad se pertinentibus, cum paludibus, pascuis, sylvis, ripis, ripativis, teloneis, Molendinis, aquarumque ductibus, cum piscariis, & decimationibus, & fossis, seu campis, vel rivolis unde qualescumque piscationes fiunt cum limitibus, & arginibus, & terminibus supra se in integrum per legitimos fines, & coherentias designatas, id est ex una parte .... fossa Carraria per Modena in Josum usque ...... & Rabiosolam, & Curvula usque Perulum, Alia vero parte per Padum in Josum a Gambarione & Carraria usque jam dictam Boriana, & usque ad Arzene Casalese, quæ ab alia parte vadit ad lacum Merlum, & Anticulum, & Pirlum, & ab ipsa parte intrante in Modena omnia in integrum sicut prædictus Ven. Arstulfus in vestro confirmavit Monasterio, ita tamen ut nullus homo alicujus ordinis, vel dignitatis, magnæ parvæve persone prænominatum Abbatem, aut suos Monachos, vel illorum successores atque familiam pro aliqua occasione molestare præsumat, aut de rebus ipsis aliquam audeat facere controversiam, atque in prædictis piscariis seu paludibus, fossis, ac sylvis cucullarias, vel qualescumque piscationes, seu venationes facere præsumat, nisi per licentiam Abbatis vel Monachorum, qui pro tempore inibi ordinati fuerint. Insuper etiam propter vestram insignem ratam prædictam petitionem juste concedimus vobis, & successoribus vestris confirmamus Monasterium Domini Salvatoris situm Fainanum cum universis legalibus, & pertinentiis, & adjacentiis, finibus, terminis, accessionibus, casaiibus, alpibus, ripis, rupinis, planicibus, cultis, & incultis, aquis, aquarumque decursibus, finibus, monte, & flumine, seu silva de Sclopana cum castro Sextula, Monte Calvo, Cervariolo, & alpe currente rivo Cersiliense, & Lardaniola fluvio percurrente; nec non Massalazano, & Gaba cum viculis suis, idest Aqua viva, Rivosrigido, Viliciaticon, Saxo ciliciano, Gricla, Variana, & Porcile cum Montibus, vallibus, alpibus, sylvis, servo pro servis, libero pro liberis, cultum, & incultum cum casis, omnibus, quæ modo ibidem ædificatæ sunt, vel futuris

ris temporibus ædificabuntur, percurrentibus ipsum Masse finibus, ab uno latere fine capuanense, & fluvio Ceila, & ex alio latere Lardanola Jugale desuper ponente capite in Monte Mulceto usque in Gaium Reginæ, De subtus avveniente uno capite in fluviolo in integrum, ut supra dictum est. Sancimus ergo ut nullam potestatem habeant homines ibidem residentes de ipsa Massa, vel ejus finibus prænominatis vendere per quodlibet titulum neque extraneos homines illuc vocare, aut introducere, nec placitum quis tenere præsumat, nisi Rectores, & Præpositi Monasterii. Et si per licentiam Rectorum ipsius Monasterii inter se vendiderint, censum solitum emptor persolvat a parte Monasterii. Quod si in ipsis sylvis aliquis romare fecerint, aut si peculia pabulaverint, redditum, escaticum, seu caseum ad Fratres Nonantulæ famulantes totum perveniat. Simul etiam plebem Sancti Mammæ in Lexano constructam concedimus vobis, vestrisque successoribus, eo ordine ut nullus Episcopus Bononiense, aut aliunde in ea, aliquid agere aut ordinare præsumat, nisi tantum consecrationem, confirmationem, prædicationemque faciat; Et præsbyterum, quem vos vel vestri successores idoneum ibidem constitueretis, de potestate vestra nullatenus submovere præsumat, neque aliquam dominationem in condictam plebem facere, aut ex inde quicquam tollere temptet. Et ut in omnibus sylvis jem fati Cænobii nullus Comes, sive Castaldius, (a) seu quislibet Nobilis, aut ignobilis cum canibus, aut quolibet ingenio venationes exercere præsumat propter inquietudinem animalium Monasterii. Nec non concedimus, ut in quibuscumque Comitatibus, vel locis cellas adquisieritis, aut villas, ubi

(a) Avea letto il celebre Muratori che li Gastaldi al tempo del Regno de' Longobardi in Italia furono Ministri, Procuratori ed Economi degli effetti patrimoniali de' Re: ch' eran tenuti anch' essi alla milizia; e come *il governo delle Città era loro tal volta raccomandato*: Che nel Ducato una volta vastissimo di Benevento *lo stesso fu l'essere Conte che Gastaldo*, citando a questo proposito Paolo Diacono, il quale narra, che *venuto in Italia Alzecone Duca de' Bulgari con assai Soldatesche, fu accolto da Grimoaldo Duca di Benevento, che gli diede* ad habitandum *alcuni luoghi incolti intorno ad essa Città di Benevento, cioè* Sepianum, Bovianum, & Iserniam, & alias cum suis territoriis Civitates; ipsumque Alzeconem, mutato dignitatis nomine, de Duce Gastaldium vocari præcepit.

ubi sylvas communes sunt vestram semper portionem habere Præcipimus etiam, ut nullus in Regno nostro Italico vel Romano cujuslibet Ordinis præfati Monasterii servos, aut ancillas, qui fuga lapsi fuerint contra Abbatem, aut Præpositum vel advocatum, cum inventi fuerint, audeat retinere; Simulque etiam donamus præceptales per secitanos videlicet XL octo qui nunc sunt, vel futuris temporibus ex ipsis, aut ex aliis esse voluerint, ut liberam ad Monachorum utilitatem peragendam habeant potestatem, remota totius potestatis inquietudine. Igitur prodonamus vobis, & eidem Sancto Cænobio vestro, ut Notarii in omni dictione Regni vestri cartas judicatas Inphiteosis, & libellos scribant absque ullius personæ impedimento. Confirmamus etiam vobis, & prædicto Monasterio vestro ut de ripatico, vel teloneo singularum Civitatum sive de Ferraria, vel Cumiaculum ut quamlibet publicam functionem neque teloneum in quibuslibet locis, & civitatibus, seu clusis regni vestri atque negotiis, sive de instrumentis cartarum disrumpendis, seu de advocatis quales, & undecumque eligere volueritis liberam habeatis potestatem. Nec non & de inquisitionibus faciendis per idoneos homines de possessionibus, & rebus Monasterii vestri per viginti annos, seu de placitis, & pignorationibus vestrorum hominum, de immunitate, quæ est triginta libras argenti, & de via per Wilzachard, seu de aqua fluvii Genæ ad Molendina. Similiter & confirmamus vobis, & in præscripto Cænobio vestro cartulas illas donationis, quas vobis Anscausus Episcopus, & Guidoaldus Medicus emiserunt cum omnibus rebus illis, quibus in eis liberi homines per cartas præscriptas contulerunt, ut firmiter vos, & præfatum Cænobium possideatis. Mercata etiam in propriis ejusdem Ecclesiis agris, & terris construendi licentiam habeatis, & conducendi diversa mercimonia, & negotiatores cunctumque teloneum, & quicquid de ipsis Mercatis exigi potest Fratribus ibidem Deo famulantibus pertineat sine ullis contradictione. Jubemus itaque ut quicumque ex liberis hominibus voluerit advocatus eorum fieri, qui causas suas peragere nesciunt, absque alicujus potestatis injuria libera potestate persistat. Et si quis vvadiam eorum recipere voluerit, & Abbas, vel Præpositus, seu advocatus, aut missus eorum reddere voluerit, nullus impedire præsumat. Addidimus quippe vobis vestrisque posteris, & in præfato Monasterio

rio

rio vestro, ut quæcumque persona nobilis, aut ignobilis in omni Regno nostro de Sacro, vel Seculari ordine ad prædictum Sanctum Cænobium refugium facere voluerint, aut res suas ibidem conferre quæsierint, non Comes, aut Minister publicus, neque Missus noster ei contradicere audeat, sed liceat ei libera potestate de se, suisque omnibus rebus quicquid voluerit in eodem Monasterio conferre.

Volumus quoque, & concedimus, & quandoquidem Divina vocatione Abbas ipsius Monasterii, ejusque Successores de hac luce migraverint, ipsi Monachi de ipsa Congregatione qualem inter se digniorem invenerint, licentiam habeant eligendi Abbatem; Iterumque concedimus vobis, ut de singulis navibus portaticum libera vestra exigatis potestate. Statuimus, & modis omnibus jubemus, ut supradictum est quatenus in præfati Monasterii res nullus superioris, aut inferioris ordinis homo, neque Episcopus Mutinensis, in cujus Paræchia videtur esse constructum præfatum Monasterium, neque ullus alius Episcopus, aut Clericus, non Comes, aut Gastaldius, vel Reipublicæ Procurator, nec quælibet persona invasionem facere audeat ullo in loco, non ad causas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, vel parafredo, & fidejussores tollendos, aut homines tam ingenuos libelarios, quamque servos super terram ipsius Ecclesiæ manentes, sive emphitheothecarios, & super scriptos præceptales per Secitanos ullo modo distringendos, nec ullas publicas functiones, decimas, aut redibitiones, vel inlicitas occasiones requirendas consurgere audeat, vel exigere præsumat. Sed liceat vobis, & vestris posteris cum omnibus rebus vobis subjectis, atque hominibus sub immunitate nostræ defensionis quieto ordine consistere, ac pro nobis nostrisque successoribus Regibus, totiusque Regni nostri stabilitate Domini Misericordiam exorare. Præcipimus insuper ut nec vos, neque futuri Abbates audeant alicorum hominum potestatem conferre scriptiones sine consilio vel consensu Fratrum Monachorum, aut injuste disponendarum rerum minoratione delegare. Sed ullus Monachus aliquam non præsumat confirmare scriptionem, quæ suæ probatur non esse potestatis. Quod si fecerit roborem nullum optineat. Conferimus etiam vobis, & in ipsum sacrum vestrum Cænobium Olivetum unum in luminaribus Ecclesiæ posito prope castello Agynulfi, qui pertinuit de corte nostra

Vedi Muratori Antichità Italiane Tom. 3. pag. 424.

nostra Lucense, & duas casas massaricias, ex ipsa corte, quæ regebantur per Manifrit, & Fulconem germanis, & nepotes eorum Crispolo, & Luciolo, & Bertulo: Quin etiam perdonamus Sanctitati vestræ vestrisque posteris in perpetuum, ut ex ipso Sancto Cænobio, & rebus, quas vobis, & ibi contulimus, vel futuris temporibus adquirere Deo propitio potueritis tam vos, quam posteri vestri nullum servitium a nobis, vel futuris regibus exinde exigatur, nisi pro benedictione in Quadragesima majore quadraginta luceos, & in Quadragesima Sancti Martini similiter per missum ipsius Monasterii consignatos in Papiam, aut in Mantuam, sive si fuerimus Ravenam. Concedimus etiam vestræ reverentiæ successorumque vestrorum in sempiternum, ut habeatis licentiam retia trahendi per Padum ad pisces majores, minoresve capiendos a loco, qui dicitur fossatum usque in mare, & ubicumque Monasterium in regno nostro habetis nunc, vel habueritis in futuro, sylvas communes habeatis, & piscarias si ibi sunt, sicut cæteri homines una cum medietate de porto in Aqualonga, quæ est juxta strata publica, & pertinuit de corte nostra Civitatis novæ, unde reliqua medietate Ecclesia Sancti Geminiani probatur habere, atque granum illum, quod annue colligitur de portatico in corte nostra, quæ sita est in Civitate nova de quantum pro ipso colligitur portatico. Quatenus habentes ab hodierna die nostrum serenissimum præceptum ipsum Sanctum Monasterium vestrum vel vos, successoresque vestri firmiter superius comprehensa valeatis possidere. Ut neque Episcopus Mutinense, neque ullus alius Episcopus, Clericus, Dux, Comes, Castaldius, vel actionarius noster, aut quispiam magnus, parvusque Gasindius contra hoc firmitatis præceptum ire quandoque, sed omni tempore in jam dicto Sancto Monasterio vestro vel vobis, successoribusque vestris stabilis permaneat in perpetuum. Si quis autem hujus nostræ inscriptionis temerario ausu violator extiterit, & hanc nostram jussionem per omnia non observaverit sciat se compositurum C. libras auri optimi, medietatem Palatio nostro, & medietatem suprascripto Monasterio vestro. Concedimus insuper hæc omnia vobis vestrisque successoribus in perpetuum, ut si, quod absit, quicumque Rex, vel Imperator, seu quislibet temeratos Sacræ legis canonicis, aut præceptorum prædecessorum nostrorum Regum, vel futurorum contra hoc no-

strum præceptum donationis ire temptaverit, aut Cœnobium vestrum prædictum, sive res ejus in fratrum stipendiis conlatas, & pauperum Christi diminorare præsumpserit, aut in aliquo alicui per beneficium vel pro quocumque Ingenio dederit, liceat vobis, vestrisque posteris cum omnia, quæ supra scripta sunt cuilibet Sanctæ Sedis Apostolicæ Papæ, sive Imperatoribus, atque Regibus seu Principibus de quibuscumque Regnis Catholicis subdere potestati; & veluti secularium hominum secundum ritum antiquæ legis per Regum præcepta sua firmata tenentium securiter tenere, possidere, atque tradere cui vobis placuerit. Et ut certum ab omnibus credatur, inviolabiliterque a cunctis fidelibus præsentibus, futurisque observetur, sigilli nostri impressione subter jussimus sigillari.

Data in Palatio Ticinensi XVI. die mensis Februarii anni felicissimi Regni nostri II; & Indictione V. feliciter Anno Dominicæ Incarnationis DCC. L. VIII. Actum Papiæ In Xpi nomine feliciter.

Della Chiesa di Santo Stefano.

Dicesi essere stata questa l'antica nostra Cattedrale. Ma nessun Documento nel di lei Archivio di ciò si trova che ce'l confermi. E dal seguente, il cui originale è nell'Archivio della detta Chiesa, soltanto impariamo che fino nell'anno 994 era da Preti collegialmente uffiziata; e come al Capo loro, che Davide avea nome, il titolo si dava di Custode e Rettore della medesima Chiesa.

IN nomine Domini Dei Æterni, Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi D.C.C.C.C.XCIIII. Kalen. . . , ... Sacerdotum de Ecclesia Beatissimi . . . . presenti tempore Dadid Præsbiter . . . . . Custodes, & Rectores . . . . ubi multæ res a bonis hominibus delegate sunt Nos Martino . . . . nensis Ecclesiæ, & Dominico germanis filiis . . . . atori in summo ponte, qui lege Longobardorum . . . . Stefani do cedo, trado atque offero pro remedio animæ nostræ, ac suprascripto qu. Mar-

tino

tino genitori nostro, & Rundruda Dei ancilla veste religionis induta genitrice nostra eo cæterisque parentibus nostris a presenti die & ora de Sacerdotes in Sacerdotes usque in perpetuum . . . . si taliter non fecerit aut consenserit, judicem habeat Dominum Omnipotentem, cui omnia subjecta sunt & . . . . . cum Nathan & Abiron Societatem in die Judicii, & ad jure ipsius Scolæ præsenti die & hora proprietario nomine ad habendum. Idest terra cum vineis super se habet loco uno, & terra aratoria similiter in loco juris proprietatis nostræ, quas nos habere & possidere visi sumus, quæ positæ sunt in finibus Veronæ in Valle . . . . . nense. Primo loco terra cum vineis super se habet in Vico Quintiano . . . . habet per longum perticas triginta & sex, pedes sex lato de uno capite perticas sex, de uno lato perticas sex pedes duo, quæ de uno latus jura Sancti Stefani possident, de alio latus & de uno Capite Rainfredus Pistor habet, de alio capite ingresso commune percurrenti. Secundo loco Terra aratoria, ibique prope habet per longum perticas triginta, & quatuor lato de uno capite perticas una de alio capite lato pedes decem ad pertica legitima de pedes duodecim ab extensis brachiis mensforata, quæ de uno latus hæredes qu. Andiverti . . . . . de alio latus Vitale habet, de alio capite suprascripto Rainfredus Pistor habet ingresso commune percurrento; & infra designatos locos vel ejus mensuras seu & prædictas cohærentias cum omnia super se habet in jam dicta Scola dò, cedo, trado, atque offero præsenti die & hora pro remedium animæ nostræ, seu & ut supra bonæ memoriæ Martinus genitori, & suprascripta Rundruda Dei ancilla genitrice nostra, & cæterisque parentibus nostris de Sacerdotes in Sacerdotes usque in perpetuum; & exinde nobis nulla reservavimus, ut habeant potestatem ipsi Præsbiteri, qui in jam dicta Scola Sancti Stefani modo sunt; vel qui pro temporibus ordinati fuerint ipsas suprascriptas res, sicut supra legitur, ad regendum & gubernandum, seu & ad disponendum juxta Deum qualiter melius præviderint, sicut de alias res ipsius Scolæ facere visi sunt pro potestate, ut forsitam Nobis peccatori, & quondam genitore & genitrice nostra vel parentum nostrorum proficiant animæ ad salutem & gaudium sempiternum, ut mereamur audire vocem Domini: Venite Benedicti Patris mei percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine

 mun-

mundi. Et siquis vero, quod futurum esse non credo, si nos ipsi suprascripti germanis aut ullus de heredibus, atque heredibus nostris, seu qualibet ulla apposita persona hominum surrexerint, quæ contra hanc nostram paginam Offersionis, quam nostro bono animo fieri rogaverimus, ire quandocumque tentaverimus, aut eum infrangere voluerimus, tum a limitibus Ecclesiarum extranei efficiantur, & insuper cum Juda traditore, cui Dominus intinctum panem porrexerat ante tribunal æterni Judicis habeant rationem in die Juditii, & ipsas res omnia in duplum. Et hæc præsens pagina offersionis nostræ sicuti supra legitur, omnique tempore firma & stabilis permaneat sine omni contradictione omnium.

Acto in Civitate Veronæ feliciter.

† Ego Martinus Dño in hac pagina offersionis a me facta manu mea subscripsi.

† Signum manus suprascripto Dominico, qui Mauro dicitur, & Audivertus filio ejus, & Leo filius quondam Pedrenertus habitaturis in jam dicta Civitate Veronæ viventes lege Longobardorum testes.

†† Signum manibus Johannis, & Henricus germanis filiis quondam Usivertus de Vico Mezane testes.

Ego Ambrosius Notarius rogatus qui hanc paginam scripsi, & post tradita complevi.

Del 1013 *Davide sopraddetto era ancora in vita, e allo stesso, come s'impara da quest'altro Documento, si dava il titolo di Custode e Rettore della Scola de' Sacerdoti e della Chiesa di Santo Stefano.*

IN nomine Domini nostri Jhesu Christi Regnante Dño nostro Henricus Rex Deo propitio hic in Italia anno nono, quarto Kalendas Januarius Indictione XI feliciter. Sic in Dei nomine placuit atque convenit inter Davit Præsbiter de Ecclesia Sancti Stefani, Custos & Rector Scolæ Sacerdotum & suprascripta Ecclesia Sancti Stephani, nec non inter Madreun-

dreuntius, cui Dedoendo dicitur de Vico Tumbula, ut in Dei nomine ambæ partes inter se titulum commutationis facere deberent, quod ita fecerunt, dedit atque tradavit in primis . . . . . . dictus Davit Præsbiter de pars suprascriptæ Scolæ Sacerdotum in commutationem suprascripto Madreuntius pro certo die & hora ad suam proprietatem ad habendum petia de terra aratoria in loco uno . . . . Sacerdotum, quæ posita est in finibus Veronæ in Valle Avesa in villa locus ubi dicitur Pedemunt, habet per longum perticas vig . . . . . perticas viginti . . . . lato de uno capite perticas septem pedes tres, de alio capite perticas quinque pedes sex, quæ de uno latus Petrus habet, de alio latus . . . . . . capite suprascripta . . . . re . . . . . cem . . . . . antedictus Davit Presbiter de pars suprascriptæ Scolæ Sacerdotum in commutationem de suprascripto Madreuntius, a presenti die & hora ad suprascriptæ Scolæ Sacerdotum proprietatem . . . . . juris eidem suprascripto Madreuntius, quæ posita est in finibus Veronæ in Valle Quintianus, primo loco terra aratoria locus ubi dicitur de Tumba. habet per longum perticas triginta & septem, pedes sex, de alio Capite . . . . . & septem, pedes sex, lato de uno capite perticas quatuor pedes sex, de alio capite pertica una pedes sex, non longe ad medio loco perticas tres, quæ de uno latus, & uno capite suprascripta Scola Sacerdotum possidet, de alio . . . . ms. . . . . . possidet, de alio capite eredes qu. Ingelbertus habet, alio loco terra aratoria, ibique prope habet per longum perticas quadraginta & duas, de alio latus per longum perticas triginta & octo, pedes sex, lato de uno capite perticas quatuor, quæ de ambobus lateribus, & uno capite jura Sancti Stefani, de alio capite heredes quondam Ingelbertus habet. Mensuratum vero fuit ad pertica legitima de pedes duodecim ad extensis brachiis mensuratam, & infra designatos locos, vel ejus mensuras, seu & prædictas coherentias cum omnia super se habet in integrum jam prædictis commutatores, qui sibi ambæ partes inter se tradaverunt unus alterius ad invicem tradiderunt, & exinde sibidem nullam reservaverunt una cum ingressu comunis. Hanc autem ipsa Commutatio visa atque estimata est ex utraque partium pro lo . . . . Præsbiteris missis de pars suprascriptæ Scolæ Sacerdotum, & cum meis fuerint bonis Deo timentes homines eorum fides admittit, idest Madreun-

dreuntius, & Odelbertus, seu & Bonaldus, & ipsi toti estimaverunt juxta legem, quod pars suprascriptæ Scolæ Sacerdotum ab illo die plus meliorem, & ampliorem rem recepisset, promittentes autem propterea ab ipsis comutatores, ut si ipsi vel eorum subcessores, atque heredes si contra ea, quæ comutaverunt, atque tradaverunt ire quandoque tentaverint, aut eum iufrangere quesierint, & ab omni homine non defensaverint, & probatum fuerit intra termino tantum, & in quantum suprascripta comutatio cum omnia super se habet eo tempore in consimile locis sub estimatione melioratum valuerit de quantum exinde unius alterius eidem defensare non potuerint, aut contendere, vel minorare quesierint, in duplum restituant pars parti fidem servanti cui supra quam culpam respexerint, ab ipsoque in sua fide, vel ex scripto permanserint, vel ad eorum subcessores, atque heredes, aut cui ipsi dederint, & hæc pagina comutationis, omnique tempore firma & stabilis, inconvulsa & irrevocabilis permaneat cum stipulatione subnixa.

Actum foris Porta Sancti Stefani feliciter.

Signum † suprascripto Madreuntius, qui hanc paginam comutationis fieri rogavi ad omnia suprascripta.

† Ego Johannes Præsbiter in hac comutatione missus interfui manu mea subscripsi.

† Ego Alivertus Præsbiter in hac comutatione missus interfui, manu mea subscripsi.

Signum †† suprascriptorum Madreuntius, & Odelbertus, seu Bonaldus, qui ut supra interfuerunt, & estimaverunt, & manuum suarum posuerunt.

Signum †† manibus Johannis, & Dominicus seu Ameluntius testes.

Ego Audibertus Notarius scriptor hujus paginæ contractus post tradita complevi.

Nel

Nel citato Archivio conservasi un altro Documento, scritto l'anno 1063 die mercurii quod est pridie Calendas Genuario in Comitatu Veronensi in presentia &c. *nel quale si legge certo accordo che fece* Martino Presbiter, qui est ordinatus de Ecclesia Sancti Stefani abitator foris Porta Sancti Stefani una per consensum &c.

Ego Gogavebertus Notarius &c.

Al detto Martino in Carta 22 Giugno, nell'istesso Archivio, si dà il titolo di Arciprete: In nomine Domini Dei Æterni anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo sexagesimo septimo, decimo Kalendas Julius Indictione Quinta. Sic in Dei Eterni nomine placuit atque convenit inter Martinus Archipresbiter de Ecclesia Sancti Stefani . . . . . , nec non & inter Natale filius qu. Domini . . . . . . ferario, & Elena fæmina jugalibus abitaturis foris porta Sancti Stefani &c.

Actum foris prædicta porta Sancti Stefani feliciter &c.

Ego Mainfredus Notarius rogatus, qui hanc Cartulam Comutationis scripsi, & post tradita complevi.

Da Carta 9 Marzo 1084, nel citato Archivio, s'impara che lo Spedale della detta Chiesa ad un Prete, che Algisone appellavasi, appartenea sotto il reggimento e podestà della stessa Chiesa di Santo Stefano.

IN nomine Domini dei Eterni anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo quarto, nono die mensis martii Indictione nona Xenodochio Algisoni Presbiteri, quod est sub regimine & potestate Ecclesiæ Sancti Stefani Martiris Christi. Ego in Dei Omnipotentis Nomine Totoni filius qu. Pacificus, qui est abitator in Civitate Verona, qui professo sum ex natione mea lege vivere Longobardorum offertor & donator in prædicto Xenodochio esse videtur. Propterea dixi Quisquis in Sanctis ac Venerabilibus locis suis aliquid contulerit rebus juxta doctoris vocem in hoc sæculo centuplum accipiet, & insuper quod melius est etiam vitam possidebit æternam, ideo ego qui supra Totoni dono,

dono, & offero in prædicta Ecclesia vel Xenodochio a presenti die post diceso suprascripto Algisoni Presbitero ad Jura ipsi Ecclesia vel Xenodochio pro remedium animæ ejusdem Algisoni Presbiter proprietario nomine ad habendum idest rebus illis, quas hic subter leguntur juris mei, quas habere visus sum, quibus sunt positis ipsis rebus in finibus Veronensis in Valle Paltenatæ in Monte Agudulo, * qui nuncupatur Culturez. Primo loco terra cum vitibus habet perticas quinquaginta & una, lato de ambobus capitibus æqualiter perticas octo pedes sex, qui de uno latere & uno capite ingresso comune percurrentem, de alio latere Toto habet, & de alio capite terra aratoria, qua hic subter legitur adherentem. Secundo terra aratoria ibique insimul tenentem abet per longum perticas decem, lato de uno capite perticas sex pedes undecim, & de alio capite perticas sex, coheret ei de uno latere via, de alio latere Joannes habet, de uno capite Martinus habet, & de alio capite suprascripta terra cum vitibus qua supra legitur adhærentem, si ibique alii sunt cohærentes. Quæ autem infrascriptis rebus supralibatis locis juris mei supradictis una cum accessionibus & ingressibus earum, seu cum superioribus & inferioribus suis, qualiter supra mensura & cohærentias legitur in integrum ab hac die in prædicta Ecclesia vel Xenodochium dono, cedo, trado, atque offero pro remedio animæ meæ jam dictus Algiso Presbitero nunc & in perpetuum, eo tamen ordine, sicut hic subter legitur post diceso eidem Algiso fruges de ipsis vitibus deveniant in prædictum Xenodochium in refectionem per quadragesimalium tempus & ipsis Presbiteris & Clericis qui ibidem modo sunt, vel qui pro temporibus in eadem Ecclesia ordinati erunt, non habeatis potestatem per nullum vis ingenium in beneficium dare neque per cambium, neque per libellaria, neque per prebenda dare non præsumpsisset, & qui aliter facere presumpsisset habeat maledictionem cum Mara, Natham, & Abiron, cum Juda traditore, cui Dominus intinctum panem porrexerat ante tribunal eterni, & inde habeat mortem in die Judicii. Hanc enim Cartam offersionis meæ mihi Johannes Notarius tradidit adscribere rogavi, in qua hic subter confirmans testibus, qui obtulit ad roborandum.

* Oggi si dice Monte Agù, ed è quello appo il Castello di S. Felice.

Actum in suprascripta Civitate Verona feliciter.

Si-

Signum † manum suprascripto Toto, qui hanc Cartam offersionis fieri rogavit ut supra.

Signum †† manibus Bonifatius filius qu. Tedaldi, Joannis de Pojo, seu Raumundo viventes lege Longobardorum testes.

Ego Johannes Notarius rogatus, qui hanc Cartam offersionis scripsi, & post tradita complevi.

La Chiesa di Santo Stefano era fuori della Porta detta di Santo Stefano; lo che dal seguente Documento 1087, nel citato Archivio raccogliesi.

DIe Sabato, quæ est quartodecimus mensis Madius in Atrio Ecclesiæ Beatissimi Stephani præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur. Idest Lanfranco, & Persenaldo, seu Bono, & Martino, seu Johannis, atque Zeno, & Bonaldo, & reliqui plures.

Ibique in eorum præsentia investivit Algisius, & Benedicto Presbiteri de prædicta Ecclesia Sancti Stephani Bono abitatore foris Porta ipsius Sancti Stephani nominative, pecia una de terra cum casa terranea, & curticella ibique insimul tenentem juris eidem Ecclesia Sancti Stephani, quibus esse videtur in finibus Veronensibus foris suprascripta Porta, & prope ipsa Ecclesia in loco ubi dicitur Revano, coheret eidem ambobus lateribus, ex uno capite jura suprascripta Ecclesia Sancti Stephani possidet, & de alio capite via percurrentem, si ibique alii sunt coherentes: ea vero ratione &c. Unde duo brevæ uno tenore scriptæ sunt in anno ab incarnatione nativitatis Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo septimo, suprascripto die Sabato Indictione. . . . .

† Ego Penzo Presbiter subscripsi.
† Waldo Presbiter manu mea subscripsi.
† Ego Facius Presbiter subscripsi.
† Ego Wilelmus Presbiter manu mea subscripsi.
† Ego Toto Presbiter manu mea subscripsi.
† Ego Bone . . . . .
† Ego Crescentius Presbiter subscripsi.

† Ego Johannes Presbiter manu mea subscripsi.

†† Signum manibus suprascriptorum Lanfranco & Persenaldo seu Bono, & Martino, seu Johannes, atque Zeno, & Bonaldo, qui ut supra intervenerunt.

Ego Ancelnius Notarius ibi fui, & hunc breve scripsi & complevi.

Che la detta Chiesa fosse fuori della Porta detta di Santo Stefano s' impara anche da altra Carta 26 Gennajo 1109, nell' antedetto Archivio. Nella qual Carta si dice in oltre, che appo il fiume Adice era un luogo che Atrio appellavasi, cioè l' Atrio della detta Chiesa, come spiega il rotolo riportato alla pagina 739; e non l' Atrio del Palazzo di Teodorico, come altri pensano.

IN nomine Dei Eterni anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Christi Millesimo centesimo nono, septimo Kalendas Februarii Indictione secunda.

Ecclesia Beatissimi Sancti Stephani, quæ posita est foris Porta Sancti Stephani, & juxta Athesim, loco ubi dicitur Atrio, in qua præsenti tempore Toto (a) Archipresbiter præesse videtur, & ubi multæ res a bonis hominibus delegatæ sunt in Dei Omnipotentis nomine Godoaldus filius qu. Natalis de Curubio, qui professo sum ex natione mea lege vivere Longobardorum offertor, & donator ipsius Ecclesiæ &c.

Ommissis.

Actum foris suprascripta Porta Sancti Stephani in Caminata prædictæ Ecclesiæ feliciter.

Ego Bonifacius Notarius rogatus, qui hanc Cartam offersionis scripsi, & post tradita complevi.

Quanto siasi ingannato il Canobio in credere che circa l' anno 1015 *fossero edificate nuove mura d' intorno alla Città nostra, mediante*

(a) In altro Rotolo dell'anno 1112 questo Totone si chiama *Custos Ecclesiæ Sancti Stephani*. Il che vogliamo notare per maggiore dilucidazione del testamento di Radone Preze scritto nell'anno 774, dove per Custodi si dee intender i Superiori della Chiesa di S. Fermo.

diante le quali si restauasse la Chiesa di Santo Stefano nella Città compresa, dai seguenti Documenti, tutti nell'Archivio della medesima Chiesa, raccogliesi; in questi chiaramente dicendosi, ch'ella si era edificata nel Sobborgo in vicinanza del Castello di Verona: prope Castrum Veronæ, *così nelle Carte* 13 *Febbrajo* 1124 *e del* 1128. Prope Opidum Veronæ, *come nell'altra* 10 *Luglio* 1141.

IN nomine Domini Dei Æterni anno Dominicæ incarnationis millesimo, & centesimo atque vigesimo quarto, tertio decimo die mensis Februarii Indictione secunda. Ospitali Sancti Stefani ædificato prope Ecclesiam supraſcriptam sitam prope Castrum Veronæ in quo presenti tempore Crescentius Custos . . . . . præesse videtur, & ubi aliquante res a bonis hominibus delegatæ sunt Ego in Dei Omnipotentis nomine Arjentius filius qu. Fidentii Peliciari de Civitate Verona, qui profiteor lege vivere Longobarda offertor ipsius Ospitalis & donator dono, & offero in eodem Ospitali pro animæ meæ, & parentum meorum mercede petiam unam terræ cum vitibus & olivis juris mei, quæ esse videntur in Monte Donico ubi dicitur Cazolum, habet per longum de uno latere perticas viginti quatuor, & de altero latere perticas viginti sex, de uno capite perticas quatuor pedem unum, de alio capite perticas quatuor pedes novem. Coheret ei de uno latere jura Monasterii Beatissimæ Sanctæ Trinitatis possidet, de alio latere jura ipsius Ospitalis possidet, de uno capite ingresso comuni percurrente, de alio capite Waldus habet si, & si ibique alii sunt coherentes. Quam autem supraſcriptam petiam terræ cum vineis & olivis juris mei superius dictam qualiter supra legitur in integrum ab ac die in eodem Ospitali dono, & offero, & per presentem Cartam offersionis ibidem confirmo proprietatis nomine faciendum usque in perpetuum Custodem ipsius Ospitalisque previderit sine mea & heredum meorum contradictione. Quidem promitto, & spondeo me Arjentius, & meos heredes eidem Hospitali, vel cui a parte ipsius Hospitalis data fuerit jure ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si eis exinde aliquid per aliquid ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eadem offersio restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub estimatione in consimile loco, & nec mihi

Arjentio liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod à me semel factum, vel quod scriptum est inviolabiliter observare promitto cum stipulatione subnixa, & qui hanc offersionem terræ cum vitibus, & olivis eidem ospitali violenter abstulerit sit maledictus & anatemizatus sicut Chore, Maranatha, & Dathan, & Abiron.

Actum in eadem Civitate in casa ipsius Arjenti feliciter.

Signum † pro subscriptione Arjentii, qui hanc Cartam offersionis scribere rogavit.

Signa †††† per manuum impositionem Rodulfi filii ipsius Arjenti, & Zufeti germani, & Belli Pelliciari, atque Romani da Platiola viventes longe Longobarda testes.

† Ego Trasmundus Notarius rogatus hanc Cartam offersionis scripsi.

ANno MCXXVIII secundo Kal. Januarii Indict. VI Ecclesiæ Beatissimi Sancti Prothomartiris Stephani sitæ prope Castrum Veronæ, in qua præsenti tempore Domnus Prandus Archipresbiter Custos & Rector esse videtur, & in qua multæ res a bonis hominibus oblatæ sunt Tota filia qu. Totonis, & relicta a qu. Atdicione Abitatrix prope ipsam Ecclesiam &c. donavit atque obtulit &c.

Ego Transmundus Tabellio hanc Cartam offersionis rogatus scripsi.

In altro Rotolo scritto del 1129 duodecimo Kal. Februaris Indictione VII *si legge* Placuit atque nobis bona convenit voluntatem inter Domnus Prando Archipresbiter & Custos Ecclesiæ Sancti Stephani sita & construta prope flumen Adesis, locus ubi dicitur Revano &c.

IN nomine Domini Dei æterni anno Dominicæ incarnationis millesimo, centesimo & quadragesimo primo, decimo die mensis Julii Indictione quarta. Ecclesiæ Beatissimi Dei Prothomartiris Stephani prope Opidum Veronæ constructæ, in qua præsenti tempore Dominus Sacerdos nomine Bonus

præ-

præesse videtur, & in qua multæ res a bonis hominibus delegatæ sunt, Nos in Dei Omnipotentis nomine Waldus, & Gerardus Pater, & filius, qui lege vivere videmur Romana, quisquis in Sacris, & Venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus juxta auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiat, insuper quod melius est vitam possidebit æternam. Ideoque donamus intervivos donatione, & offerimus in ipsa Ecclesia &c.

Ego Transimundus Notarius rogatus hanc donationis, & offersionis Cartam scripsi.

DIe Veneris septimo exeunte Julio in Suburbio Veronæ in Coro Plebis Sancti Stephani in presentia &c.

Ibique Johannes de Alduino de Colognola nomine offersionis pro remedio animæ suæ & parentum suorum fecit Investituram supra Altare Sancti Stephani cum uno spargulo de petia de terra aratoria quæ jacet in Territorio & pertinentia Colognolæ in loco ubi dicitur a Sanzo.

Hoc facto Presbiter Piagrius suprascriptæ Plebis loquella, & consensu Magistrorum Martini, & Bosii, Humilitatis, confratrum ejusdem Plebis nomine Locationis in perpetuum investivit suprascriptum Joannem &c.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio Indictione sexta.

Ego Bonavisa D. Federici Rom. Imp. Not. intersui, & hanc Cartam rogatus scripsi.

Per quest' altro Documento 27 Giugno 1215 si ha la rinunzia che fece Bonsignore Arciprete nelle mani del Vescovo Norandino dell' Archipresbiterato della detta Chiesa; onde li Preti della medesima fecero compromesso, col quale all' arbitrio del Vescovo per l' elezione del nuovo Arciprete si riportarono.

DIe IV exeunte Junio in Ponticello Palatii Episcopatus Veronæ in præsentia Præsbiteri Jacobi, Magistri Anselmi, Castellini Capellani Domini Episcopi, Bonifacii Canevarii Dñi Episcopi & aliorum. Ibi coram Dño Norandino Dei Gratia Veronæ

ronæ Episcopo Dñus Archipresbiter Bonus Senior Ecclesiæ Sancti Stefani refutavit in manu dicti Dñi Episcopi Archipresbiteratum illius Ecclesiæ Sancti Stefani, ei tamen illius Fraternitate illius loci reservata. Item eodem die in Palatio Episcopatus Veronæ in presentia infrascriptorum Doñus Bonus Senior, Presbiter Gogo, Magister Bosius, Humilitas, Icerinus, Omnebonum, Girardus, Oto filius Domini Maraboti, Carlaxarius, & Budelaria, & Florius, & Bonaventura nepos Magistri Bosii omnes suprascripti Fratres ejusdem Ecclesiæ Sancti Stefani, concesserunt, & liberam auctoritatem, & electionem, & potestatem dederunt Domino Episcopo suprascripto, quod possit eligere Archipresbiterum in suprascripta Ecclesia Sancti Stefani, vel eligere si voluerit de suprascriptis Fratribus duos vel tres, quid debeant & possint eligere Archipresbiterum in prædicta Ecclesia Sancti Stefani, & ita quisque promisit attendere & observare, & contra non venire, & renuntiaverunt suprascripti omnibus literis, & omnibus apellationibus factis & faciendis.

Perlochè dal Vescovo furono scelti tre Preti della Chiesa di Santo Stefano, acciò da questi fosse il nuovo Arciprete eletto. Ciò imparasi da altro Documento 29 Giugno dell'istesso anno. In questa Carta si dice che la detta Chiesa era edificata nel Castello di Verona. Forse circa l'anno 1215, e non 1015, come dice il Canobio, era stato il Castello ampliato da questa parte, onde la Porta detta di Santo Stefano fu trasportata oltre la medesima Chiesa circa questo tempo e non prima.

ITem die secundo exeunte Junio in Palatio Episcopatus Veronæ in presentia Magistri Alberti Archipresbiteri majoris Veronæ Ecclesiæ, Presbiteri Erzonis, Magistri Lanfranchi Archipresbiteri Congregationis, Domini Isnardi, Domini Valeriani, Presbiteri Blanchi, Magistri Castellini Capellani Domini Episcopi, & aliorum plurium. Ibi coram suprascripto Venerabili Veronæ Episcopo Dominus Bonus Senior, Magister Maninus, & Omnebonum Fratres, & Clerici Ecclesiæ Sancti Stefani electores constituti, & procreati per ipsum Dominum Episcopum ad eligendum Archipresbiterum Ecclesiæ Sancti Stefani in Castello Veronæ, pari consensu, & invocata gratia Sancti Spiritus ad honorem Dei, & Beatissimi Protomartiris

tiris elegerunt Presbiterum Gogonem in Archipresbiterum in Ecclesia Sancti Stefani; Qui Dominus Episcopus ad petitionem suprascriptorum electorum habito consilio sapientum Virorum prædictam electionem auctoritate Pontificali laudavit & confirmavit, & eam sibi placere dixit, & ipsum Presbiterum Gogonem cum stola & libro investivit de Spiritualibus & temporalibus rebus illius Ecclesiæ, & Diocesis, & ei Domino Episcopo ipse Archipresbiter Gogo fecit obedientiam tanquam suo Domino, & suo Episcopo.

Item ipse Dominus Episcopus fecit & ordinavit Magistrum Castellinum Capellanum & fidelem suum, sive nuncium specialem, quatenus pro ipso Domno, & ejus vice ponat illum Archipresbiterum Gogonem in tenutam & possessionem illius Ecclesiæ de Spiritualibus, & temporalibus rebus illius Ecclesiæ.

Item die suprascripto in Choro Ecclesiæ Sancti Stefani in præsentia Archipresbiteri Lanfranchi Sancti Petri, Domini Bonis Senioris Canonici Veronæ, Domini Isnardi, Domini Valeriani, Magistri Anselmi Canonicorum Veronæ . . . . . Alberti de Saso Todesceli de Berto Superbia, Todeschini ejus filii, Jacobini Hostiarii, & aliorum plurium. Ibi prædictus Magister Castellinus nuncius Domini Episcopi pro eo Domino Episcopo, & ejus vice & auctoritate cantando: Te Deum laudamus, & campanis pulsantibus posuit dictum Archipresbiterum Gogum, ponendo ei Cornum Altaris Beatissimi Stefani in manu, posuit eum in tenutam, & possessionem spiritualium rerum ipsius Ecclesiæ, & deinde dando ei catenatium Dormitorii in manu dedit ei tenutam Spiritualium . . . . . rerum illius Ecclesiæ, & de suprascriptis dedit ei tenutam & jurisdictionem, & pro omnibus aliis spiritualibus & temporalibus rebus jam dictæ Ecclesiæ.

Anno Domini MCCXV Indictione III.

Ego Omnebonum de Broilo Notarius Domini Imperatoris Henrici interfui, & scripsi.

L'anno 1240, essendo stata già edificata la Chiesa di S. Domenico nella Contrada detta Acqua traversa sopra un fondo venduto da' Preti della Chiesa di Santo Stefano ad Ubertino edificatore del-

la

la stessa Chiesa; e pretendendo quelli della Chiesa di S. Giorgio in Braida che fosse loro soggetta s'opposero quelli di Santo Stefano, opinando anzi loro appartenere, come eretta in luogo di loro giurisdizione. Perlochè dal delegato fu deciso che introdur potessero le ragioni ad essi in questa parte competenti: quod illi de Sancto Dominico debeant respondere illis de Ecclesia Sancti Georgii, & quod illi de Sancto Stephano, uti Censuales Sancti Dominici, possint interesse defensioni illius causæ, & possint docere in defensionem prædictæ Ecclesiæ Sancti Dominici. *Le ragioni che i Preti di Santo Stefano perciò addussero si leggono in Rotolo della loro Chiesa, e in sostanza eran queste.*

HÆc sunt Positiones, quibus petimus ut respondeant Ecclesia Sancti Georgii, & Ecclesia Sancti Dominici, Ecclesiæ Sancti Stefani.

Ponit enim Ecclesia Sancti Stefani, quod Ecclesia Sancti Dominici est fundata, & sita in Parochia, & Decimaria Sancti Stefani.

Item quod Ecclesia Sancti Stefani est Plebs.

Item quod consuevit esse Plebs a longissimis retro temporibus.

Item quod habet Archipresbyterum.

Item quod consuevit habere Archipresbyterum a longissimis retro temporibus.

Item quod est Ecclesia Baptismalis.

Item quod consuevit esse Baptismalis Ecclesia longissimis retro temporibus.

Item quod habet Capellas sub se, & consuevit habere a longissimis retro temporibus.

Item quod habet Hospitale sub se, & consuevit habere a longissimis retro temporibus.

Item quod habet Vicinia sive Populum, & consuevit habere jam est longissimum tempus.

Item quod habet sepolturas & jus funerandi sive sepelliendi, & consuevit habere a longissimi retro temporibus.

Item quod habet decimas, & decimationis jura, & consuevit habere a longissimis retro temporibus.

Item quod Fratres Sancti Stefani dans penitentias, & prestant omnia alia Sacramenta spiritualia suo populo & vicinitati, & Parochianis, & consueti sunt hoc facere & prestare a longissimis retro temporibus &c.

La

La detta sentenza fu appellata da quelli di S. Giorgio, onde il Vescovo li 6 Agosto 1241 *nel Castello d' Illasi delegò Giudice Diotesalve Priore del Monistero di Santa Maria in Organo, dal quale fu quella laudata. Però anche quelli di S. Domenico produsssero le loro ragioni:* Joannes Sindicus, & Procurator Ecclesiæ S. Dominici, & Collegii pro ipsa Ecclesia dixit quod dictus Ubertinus ædificavit, & ædificare fecit domum sive locum Religionis ad honorem Dei, & Sancti Dominici in eo loco qui est in Parochia Sancti Georgii, & cum licentia Prioris . . . . . . gii ipsam Ecclesiam Sancti Dominici fore constructam, & ædificatam cum omnibus suis circumstantiis, & appendiciis in Parochia Sancti Georgii, & ipsam Ecclesiam Sancti Dominici cum omnibus suis appendiciis, & circumstantiis suis pleno jure Parochiali pertinere, & subjacere jam dictæ Ecclesiæ Sancti Georgii. *Per la quale dichiarazione, fatta colla presenza di Ubertino fondatore della Chiesa di S. Domenico, e gl' Intervenienti della Chiesa di S. Giorgio, il delegato pronunziò, che* Ecclesiam Sancti Dominici cum omnibus appendiciis, & circumstantiis suis pleno jure Parochiali pertinere, & subjacere debere jam dictæ Ecclesiæ Sancti Georgii, & ejus Capitulo.

Dal Capitolo di Santo Stefano venivano ricevuti uomini e donne a conversione. Il che si rileva da un Istromento del 1270 Indictione XIII die Jovis IV Septembris *scritto da Giovanni Notajo qu. Viviano di Monte Calvo, in cui si legge che* Alda uxor quondam Leonardi est Conversa Ecclesiæ Sancti Stephani.

E in altro 7 Gennajo 1278, *il cui tenore è questo*

Die Veneris VII intrante Januario in Coro Ecclesiæ Sancti Stefani Veronæ in præsentia Magistri Bartholomei &c.

Ibique Ventura filius qu. Astulfi de Tregnago, & Armerina ejus uxor præsentibus Dominis Dup. Belloto Archipresbytero dictæ Ecclesiæ Sancti Stefani &c.

Nomine offersionis obtulerunt se se, & omnia sua bona supra Altare Beati Stefani nomine ipsius Ecclesiæ capientes drapum ipsius Altaris in manibus, & osculantes Altare, posuerunt supra Altare prædictum Beati Stefani unam cartam scriptam, in qua dicebant scripta fore omnia sua bona, & possessiones suas omnes, in qua quidem continentur omnia infrascripta videlicet &c.

Quo facto coram suprascripto Dño Dup. Belloto Archipresbytero, suprascripti Ventura & Armerina Jugales flexis genibus manualem obedientiam fecerunt nomine ipsius Ecclesiæ & Capituli, & incontinenti prædictus Ventura pro se & dicta ejus uxore Armerina osculatus fuit dictum Dominum Archipresbyterum in obedientiam, & per obedientiam.

Anno Domini MCCLXXVIII Indictione VI. Ego Oxellus filius qu. Belli Sacri Palatii Notarius interfui, & rogatus scripsi.

E in altro 13 Settembre 1278 Indizione VI si legge la concessione fatta dal Capitolo e Chierici di Santo Stefano a Ventura figliuolo di Astolfo di Tregnago recipienti pro se, ac nomine Dominæ Armerinæ ejus uxoris Conversis dictæ Ecclesiæ: videlicet.

QUod licet prædicti Ventura & Armerina Jugales dedicassent se & omnia sua bona & sua dictæ Ecclesiæ, ipsi tamen Fratres Sancti Stefani unanimiter concesserunt prædictis jugalibus usumfructum & habitationem omnium suorum bonorum terrarum, & possessionum quod vixerint, hoc tamen pacto, & hac reservatione quod post eorum mortem omnes terræ, ut possessiones suæ, & bona quæ tunc habent, vel aquisierint libere deveniant in dicta Ecclesia &c.

Ego Oxellus filius qu. Belli Sacri Palatii Notar. &c.

Havvi anche un altra Carta 6 Marzo 1309 Indizione VII, nella quale si legge.

tualibus & temporalibus lesionem aliqualem patiatur, & quia in dicto Monasterio, & Ecclesia S. Zenonis defuncto Abbate, & pastore propter vacationem prædictam auctoritate ordinaria, & pontificali, & ex ipsius Dñi Episcopi Veronæ incumbenti officio, qui sciat, possit, & valeat bona ipsius Ecclesiæ, & Monasterii ex ejus industria tam in spiritualibus quam in temporalibus regere, & gubernare, ac etiam totaliter defensare, ut sua interest salubriter, & efficaciter providere. Unde præfatus Reverendus Pater Dñus Episcopus Veronensis tamquam pius Pater, & spiritualis pastor attendens, & considerans quod circa diutinas vacationes Ecclesiarum tam in spiritualibus, quam in temporalibus grandia emergunt pericula, & jacturæ, contra quæ ex debito juris per Superiorum officium, & provisionem efficacem est celeriter occurendum. Attendens quod collatio, sive provisio, & electio, & institutio futuri pastoris, & Rectoris dicti Monasterii Sancti Zenonis de jure, & de antiqua consuetudine ad ipsum Dominum Episcopum Veronæ noscitur pertinere, cum in dicto Monasterio ad presens nullus existat Monacus, qui vocem habeat in dicto Monasterio de consuetudine, vel de jure, qui ibidem possit, & valeat eligere, seu electionem facere in dicto Monasterio in locum ut supra de Abbate, & pastore functo, seu qui possit ad presens quoquo modo aliter prædicto Monasterio providere. Et volens, & intendens præfatus Reverendus Pater Dominus Episcopus Veronensis dictæ Ecclesiæ, & Monasterio pro ipsius Ecclesiæ, & Monasterii utilitate evidenti ad dictam Abbatiam, & Rectoriam vacantem ut supra, & ad omnia jura temporalia, & spiritualia de uno bono, utili, & sufficienti Abbate, & pastore providere. Attendens quod honor Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Divini Numinis cultus non debet minui set potius augmentari super prædictis habita deliberatione diligenti. Et considerans, & attendens præfatus Reverendus Pater D. Episcopos quod propter honestatem, sufficientiam, & industriam, & alia merita probitatis Venerabilis Viri Domini Fratris Ottonelli nati olim Domini Bonomi de Patris Monachi professi Monasterii Sancti Firmi Minoris de Verona Ordinis, & Regulæ Sancti Benedicti, honestate, moribus, & sufficientia multipliciter commendandi, ac virtutibus ornati & prudentia circumspecti, quibus Divina gratia suffragante. Bona, & jura dicti Monasterii in spiritualibus, & tem-

po-

poralibus poterunt manuteneri, defensari, pariter & tueri, & de bono in melius reformari, & procul dubio in melius ampliari. Ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis gloriosæ, & Beatissimi Zenonis Confessoris, Protectoris, & Patroni Civitatis Veronæ, in cujus honorem, & laudem dicta Ecclesia, & Monasterium sunt fundata, omni jure, modo, & forma, quibus melius potuit sponte, pure, & libere, & ex certa scientia prefatum Dominum Fratrem Ottonellum Monachum suprascriptum licet absentem in dicta Ecclesia, & Monasterio Sancti Zenonis Majoris de Verona, & Capitulo ejus in locum ut supra Abbatem, & Pastorem elegit ad Abbatiam, & Rectoriam dicti Monasterii sic vacantis ut supra in dicto Monasterio, & Ecclesia, & de dictis Abbatia, & Rectoria dicti Monasterii, & Ecclesiæ, & de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus, spectantibus, & pertinentibus ad prædicta eidem Dño Fratri Ottonello Monacho suprascripto sic electo in Abbatem & Pastorem dicti Monasterii, & eidem Ecclesiæ, Monasterio, & Capitulo eidem dicto Dño Fratre Ottonello Monacho suprascripto sic electo in Abbatem, & Pastorem dicti Monasterii, & eidem Ecclesiæ, Monasterio, & Capitulo ejusdem de dicto Dño Fratre Ottonello electo suprascripto providit in locum in omnibus, & per omnia suprascripti Dñi Fratris Johannis olim Abbatis suprascripti cum omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus, & pertinentibus ad prædicta. Cui quidem provisioni electioni, & publicationi, & omnibus, & singulis suprascriptis Venerab. Vir Dñus Lante de Prato Canonicus Ecclesiæ Veronensis Sindicus, & Sindicario nomine Dominorum Monachorum, & Capituli dicti Monasterii, ut de ipso Sindicatu constat publicum instrumentum scriptum per me Henricum notarium infrascriptum Die Martis undecimo Mensis Octobris de M. III°. LXII. Indictione XV sponte, pure, & libere consensit sindicario nomine suprascripto, & ipsam electionem, & provisionem, & omnia, & singula suprascripta omni modo, jure, & forma, quibus melius potuit nomine suprascripto laudavit, approbavit, & ratificavit, & ea sibi placere dixit. Quibus omnibus sic peractis ibi incontinenti Reverendus Pater D. Episcopus Veronensis omni jure, modo, & forma, quibus melius potuit, pro se, & suo Episcopatu Veronæ fecit, constituit. & ordinavit providum Vi-

rum Dominum Dopn. Benedictum de Parma presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ Sancti Petri de Archivolto de Verona absentem suum, & dicti Episcopatus Nuncium, Sindicum, & Procuratorem specialiter ad comparendum coram Ven. Viro Dño Fratre Ottonello electo suprascripto, & ad presentandum procuratorio, & sindicario nomine suprascripto Domino Fratri Ottonello electo suprascripto dictam electionem, & provisionem per dictum Dominum Episcopum Veronæ de eo ut supra canonice celebratam, & factam in Abbatem Monasterii prædicti, & ad petendum, & requirendum & obtinendum ab eodem Domino electo suppliciter, & instanter ejus deliberatum consensum, & quod idem Dominus Electus dictæ electioni suum assensum velit, & debeat impertiri, & etiam dicto obtento consensu ad presentandum dictum consensum, si opus fuerit præfato Domino Episcopo Veronensi, & generaliter ad omnia alia, & singula dicenda, facienda, gerenda, & exercenda quæ in prædictis, & quolibet prædictorum, & circa sibi utilia, & necessaria videbuntur. Dans, & concedens Dñus Dñus Episcopus Veronæ plenum liberum, & generale mandatum, & administrationem dicendi, faciendi, & exercendi in prædictis omnibus, & singulis, & in omnibus, & per omnia, ut ipse constituens facere posset si personaliter presens esset. Promittens solempniter dictus constituens mihi Notario infrascripto ut publicæ Personæ legitime stipulanti, & recipienti nomine, & vice dicti sui Procuratoris, & Sindici absentis, & omnium quorum interest, vel interesse posset vel poterit in futurum se semper firmum, ratum, & gratum perpetuo habiturum quidquid per dictum suum Procuratorem, & Sindicum dictum, factum, gestum, & procuratum fuerit in prædictis, & quolibet prædictorum, & circa, & non contra facere, vel venire per se vel alium, seu alios, nec contrafacienti consentire sub suorum bonorum, & dicti sui Episcopatus Veronæ omnium ypotecha.

Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo secundo. Indictione quintadecima.

Ego Henricus qu. Domini Johannis de Molinellis Imperialis auctoritate notarius publicus hiis presens interfui, & rogatus hæc bona fide scripsi.

Indi li 13 Novembre fu benedetto da Giovanni Vescovo di Co-

stanza

stanza Suffraganeo del Vescovo sopraddetto. Lo che s'impara per quest' altro Documento registrato nel Libro poc' anzi mentovato al num. 12 fol. 20.

Die Dominico Tertio Decimo Novembris In Ecclesia Sancti Zenonis Majoris Veronæ, Presentibus Vener. Viris Dom. Dup. Omnebono Dei Gratia Abbate Monasterii Sanctæ Mariæ in Organo Veronæ, Dup. Turino Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Abate Sancti Nazarii Veronæ, Discretis Viris Dup. Dup. Delphino Presbytero, & Rectore Ecclesiæ Sancti Petri ad Monasterium *, Dup. Petro de Regio Presbytero Ecclesiæ Sancti Clementis, Dup. Lanzaroto Presbytero Ecclesiæ Sanctæ Felicitatis, Dup. Omnebono Presbytero, & Rectore Ecclesiæ Sancti Joannis ad Fontes, Dupl. Johanne Presbytero, & Rectore Ecclesiæ Sanctæ Consolatricis, Tramanto Notario qu. Dñi Uliverii de Pontono de Muro novo Veronæ, & Johanne Notario qu. Petri de Staciolis de Sancto Stephano Veronæ testibus, & aliis quam pluribus. Ibique dictus Rever. Pater Dñus Frater Johannes Ordinis Carmelitarum Dei gratia Episcopus Costantiensis Reverendi in Christo Patris Domini Domini Petri de la Scala Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Veronensis in spiritualibus pontificalibus Vicarius generalis tamquam pater promptus, & benignus omni torpore seposito ut omnia, & singula suprascripta suum opportunum sortiantur effectum. Volens eidem Ven. Viro Domino Fratri Ottonello Abbati suprascripti Monasterii, & Ecclesiæ Sancti Zenonis uberiorem gratiam exhibere, in Missarum solempniis pontificalibus decoratus, coadiuvantibus Divinum Officium suprascriptis Venerab. Viris Dominis Abbatibus, & Presbyteris in Sacerdotio ordine constitutis eundem Ven. Virum Dominum Fratrem Ottonellum Abbatem prædictum dicti Ordinis, & Regulæ Beati Benedicti in ejusdem loci, & Monasterii, & Ecclesiæ Sancti Zenonis Abbatem in spiritualibus, & temporalibus ex generali licentia dicti Domini Episcopi Veronæ, pontificali auctoritate solempniter benedixit, forma Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ in talibus exigitur in prædictis omnibus, & singulis solempniter observata, investiendo præfatum Dominum Fratrem Ottonellum Abbatem suprascriptum de Beatissimi Benedicti Regula, & anulo consecrato, & Cirotechas consecratos in ejus manibus imponendo,

* Nota.

nendo, & dans etiam, & assignans eidem juris ordine servato Baculum pastoralem, & supra caput ipsius mitram consecratam solempniter imponendo, & eidem Dno Abbati per ordinem, & formam consuetam in talibus tradendo prædicta dans, & concedens, & tradens idem Dominus Episcopus Constantiensis auctoritate prædicta sibi in hac parte concessa eidem Domino Fratri Ottonello Abbati prædicto sic benedicto plenam licentiam, & liberam potestatem, quod ferre prædicta valeat, & eis uti, prout postulat ordo juris. Quibus peractis ibi incontinenti præfatus Dominus Frater Ottonellus Abbas suprascriptus delato sibi per dictum Dominum Episcopum Constantiensem supradicta auctoritate qua fungitur in hac parte corporaliter juramento manibus tactis scripturis juravit ad Sancta Dei Evangelia sic dicens: Ego Frater Ottonellus Abbas hujus Monasterii Sancti Zenonis de Verona Ordinis, & regulæ Sancti Benedicti subjectionem, reverentiam, & obedientiam a sacris Patribus institutam secundum Regulam Sancti Benedicti, ac etiam secundum Sacrorum Canonum instituta vobis Rever. in Christo Patri Domino Fratri Johanni Ordinis Carmelitarum Dei Gratia Episcopo Costantiensi, de licentia, & auctoritate Reverendi in Xpo Patris, & Domini Domini Petri de la Scala Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Veronen. moram Veronæ trahenti, & comoranti, hic presenti, & recipienti vice, & nomine dicti Domini Episcopi Veronensis, cujus in hac mea benedictione, & in hac parte vices geritis, & vice, & nomine successorum suorum canonice intrantium, & Sanctæ Sedis Apostolicæ, salvo ordine meo perpetuo me exhibiturum promitto, & quod ab hac hora in antea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Summo Pontifici, & dicto Domino Episcopo Veronen. suisque successoribus canonice intrantibus semper obediens, & fidelis existam, & non ero in Consilio, & tractatu, vel facto, ut idem Dominus Episcopus Veronensis vitam perdat aut membrum. aut capiatur mala captione, & illud quod mihi per dictum Dominum Episcopum Veronensem, aut per literas suas, aut per nuncium suum manifestabitur in secretum, nulli pandam, seu declarabo, adjutor ero in eum, & personam suam, & honorem suum tuendum contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, nisi fuero perpeditus Canonica præpeditione. Nuncios suos, & Episcopatus Veronæ, sicut decens fuerit

rit honorificabo, & honorifice pertractabo, Bona, & possessiones dicti Monasterii Sancti Zenonis extra casus a jure permissos non vendam, nec alienabo, nec de novo infeudabo alicui, absque præfati Domini Episcopi Veronæ, seu vices gerentis, vel suorum Successorum licentia speciali. Sic me Deus adjuvet, & hæc ad Sancta Dei Evangelia. Concedens, & mandans dictus Dominus Episcopus Costantiensis auctoritate prædicta mihi Leonardo Notario infrascripto, ut de prædictis omnibus, & singulis publicum conficiam instrumentum ad cautellam præsentium, & memoriam futurorum.

Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Secundo Indictione XV.

Ego Leonardus qu. Domini Bertholini de Codelupis de Sancto Syro Veronæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Episcopalis Curiæ Veronæ Scriba prædictis omnibus interfui, & ea de mandato, & auctoritate dicti Domini Episcopi Costantiensis Vicarii, & Delegati suprascripti rogatus ea publice scripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi.

Ora all' Abate Ottonello succeffe del
1387 Jacopo Pasti. *Poi del*
1391 Pietro Paolo Capella. *Indi del*
1399 Pietro Milj Bresciano, *il quale del* 1425 *fu creato Abate Commendatario.*

Della Chiesa e Monistero di S^ta. Cristina nella terra di Bardolino.

ERa di alcuni Monaci, che vi dimoravano sotto il reggimento di un Abate; e il loro Monistero da quello di S. Benedetto di Polirone era dipendente, come si raccoglie da un Breve di Alessandro III 7 Giugno 1177 *a favore del detto Monistero di Polirone, dal qual Privilegio queste poche righe in prova quì produciamo.*

Ale-

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto in Xpo filio Abbati Ven. Monasterii S. Benedicti quod super Padum situm est &c.

Ommissis.

In Episcopatu Vicentino Monasterium Ss. Firmi, & Rustici cum omnibus pertinentiis suis. In Episcopatu Veronensi apud Bardolinum Ecclesiam Sanctæ Christinæ, & in Civitate Capellam S. Egidii. Si quæ alia Monasteria vel Ecclesias juste acquisieris Sedis Apostolicæ Auctoritate tibi permittimus, salvo jure Episcopali, & cujus Diocesim pertinebunt &c.

Come sien ite le cose di questi Monaci non abbiam fin quì trovato chi altra contezza cen'abbia data se non che, sendo stata la loro Badia commendata, le rendite or son distratte, il Monistero distrutto, onde altro di quello non apparisce se non se un vestigio di sua antichità.

Appendice alla Chiesa di Santo Stefano.

R*Acconta l' Anonimo Valesiano, come nel V. Secolo venuti essendo i Ravennati in discordia cogli Ebrei, che in quella Città si dimoravano, furono le Giudaiche Sinagoghe da quelli ruinate e distrutte. Ma che di tale oltraggio sendosi gli Ebrei appo Teodorico, che in Verona dimoravasi, querelati, diede il Re loro questa soddisfazione, essendo egli di setta Arriano, che l'Oratorio di Santo Stefano, poco fuori della Città posto, fosse insieme coll' Altare demolito.*

Del Monistero di S. Pietro di Villanova.

F*U edificato nel territorio Vicentino. Ma su 'l finire del XII Secolo sendo stata ceduta la terra di Villanova dai Vicentini ai Veronesi, or appartiene al territorio Veronese, e nello Spirituale al Vescovato di Vicenza. Degli Abati del detto Monistero null'altro ci è venuto fatto sapere se non che del*

1140 Uberto *vi era Abate; ed è nominato nella Iscrizione,*

ne, che, per memoria della consecrazione di S. Giorgio del Domo, fu esposta nella stessa Chiesa. Li 8 Aprile del

1193 Riprando *era di questo Monistero Abate. Del*

1330 Niccolò. *Il quale del* 1331 *fu creato Vescovo di Verona. Li* 13 *Aprile dell' anno*

1398 Gianguglielmo *di Modena. L'anno*

1434 Niccolò Anzelerj *di Verona. Il quale del* 1423 *era Abate Commendatario del Monistero di Santa Maria in Organo. Ma l'anno* 1426 *fu questa commendata ad Antonio Corraro, ond' è cosa verisimile, che nel medesimo anno sia stato creato l' Anzelerj Abate nel Monistero di Villa nova. Se Commendatario o Abate Claustrale non so io, non avendo vedute Carte che me lo insegnino. Ma è cosa verisimile, che siccome fu Commendatario in Santa Maria in Organo tale si fosse anche in S. Pietro di Villanova. Ora li* 9 *Dicembre del*

1462 Antonio Monaldi *era Abate. Dopo questi non ci è venuto fatto di altri Abati di questo Monistero aver contezza. Ma soltanto, che nel XVI Secolo sendo in Commenda già posto, perciò, come altrove s'è detto, passò poscia in potere degli Olivetani. Fra i quali e l' Arciprete della Pieve di Santo Abondio una lite del* 1620 *s' accese* super cura animarum, aliisque juribus Parochialibus, nec non decimis ad dictam Parochialem spectantibus per eosdem Abbatem, & Conventum usurpatis, ac hospitali ad hospitalitatem pauperum Viatorum destinatis, per eosdem Abbatem, & Conventum ad eorum usus profanos, & indecentes conversis, *come si legge in Breve di Paolo V Pontefice.* Dat. Tusculi sub anulo Piscatoris, die decima tertia Septembris 1620, *scritto a Marco Cornelio Vescovo Padovano ad istanza dell' Arciprete sopraddetto. Ma la lite del* 1622 *era ancora pendente, nè a noi positivamente spettando di questo Monistero favellare serviran forse queste poche notizie a chi l' Ecclesiastica Storia Vicentina a scrivere s' accingerà.*

Della Chiesa di S. Zenone di Roverchiara.

Dal seguente Documento copiato da un Rotolo che appartenne al Monistero di S. Giorgio in Braida, pervenuto con altre Carte del detto Monistero in potere di Pier Antonio Berno rinomato Stampatore in Verona, s' impara come la Chiesa di S. Zenone di Roverchiara fino del 1041 *era Pieve, il cui Arciprete Teuperto avea nome; e come quel Cadalo, che riedificò la Chiesa e Monistero di S. Giorgio in Braida, era Diacono in quel tempo e Vicedomino della Chiesa Veronese.*

IN nomine Domini Dei eterni anni ab Incarnatione Dñi nostri Jhesu Christi Millesimo quadragesimo primo sub die ...de mense Aprilis Indictione Nona; Constat nos Johannes, filius qu. Viadro, & Ingelberga jugalibus seu & Andrea filio ejus abitaturi in Vico Bonadicus, qui professi sumus nos jugales amborum natione nostra legem vivere Romanam; Ipso namque Jugales meo mihi consentientem, & subter confirmantem, accepissemus nos omnes comuniter sicuti & in presentia testium accepimus ad te Katalus Diaconus, atque Vicedomino Sanctæ Veronensis Ecclesiæ una permisso tuo Teupertus Archipresbiter de Plebe Sancti Zenonis sita in Rueclara argentum, & alia merce valente sol. decem (a) Finitum precium sicut inter nobis convenit per pecias duas de terris aratoreis tui juris, quas nos habere visi sumus hic in finibus Veronensibus in suprascripto loco, & fundo Bonadicus. Primo loco pecia una de terra aratoria per mensura justa per longum perticas viginti, & septem lato de ambobus capitibus perticas duas, coeret eidem uno latus Dominicus abet, de alio latus Zeno abet, de uno capite Petrus abet, de alio capite via percurrentem; Secundo loco similiter terra aratoria ibique prope abet per longum perticas viginti & septem lato de ambobus capitibus perticas quinque, coeret ei de uno latus

(a Se li soldi dieci valore delle dette due pezze di terra erano soldi d' oro, cioè di quelli che la sesta parte d' un onzia pesavano, importerebbono a' tempi nostri cinquanta Ducati circa di Lire 6:4 moneta piccola Veneziana.

tus ſupraſcripto Dominicus abet, de alio latus Johannes abet de uno capite Vivenzo abet, de alio capite via percurrentem; Si & ſibique aliis ſunt coherentes; Quæ autem ſupraſcriptas duas pecias de terra aratoria infraſcriptas locas quæ nominatur finale ſuperius dictis una cum acceſſionibus, & ingreſſoras earum, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuarum qualiter ſuperius menſuras, & coerencias legitur in integrum; Ab hac die tibi cui ſupra Katalus vice Domino permiſſo tuo Teupertus Archipresbiter pro ſupraſcripto precio vendimus, tradimus, & mancipamus nulli aliis venditis, donatis, alienatis, obnonſiatis, vel traditis niſi tibi, & faciamus exinde a preſenti die tu, & eredibus tuis, aut cui tu dederis jure proprietario . . . . quicquit volueritis ſine omni noſtra, & eredum noſtrorum contradictione. Qui quidem ſpondemus, atque promittimus nos quem ſupra venditores, & venditorum res una cum noſtris eredibus tibi cui ſupra Katalus Diacono, & Vicedomino permiſſo tuo Teupertus Archipresbiter, tuiſque eredibus, aut cui tu dederis vel abere ſtatuerimus ſupraſcriptis rebus qualiter ſuperius legitur in integrum; ab omni hominem defenſare; quod ſi defenſare non potuerimus, aut ſi vobis, & inde aliquit per covis ingenium ſubtragere queſierimus, tunc induplum eadem venditis ut ſupra legitur vobis reſtituamus ſicut pro tempore fuerit melioratis, aut valuerit ſub extimatione in conſimile locis; Et nec nobis licead ullo tempore nolle quod voluit, ſet quod a nobis ſemel factum vel conſcriptum eſt ſubtus jurandum inviolabiliter conſervare promittimus cum ſtipulatione ſubnixa; Actum in ſupraſcripto Vico Bonadicus feliciter.

Signum ††† manibus ſupraſcriptorum Johannis, & Ingelberga jugalibus ſeu & Andrea qui hanc cartam vendicionis in ſimul fieri rogaverimus ad omnia ſupraſcripta.

Signum ††† manibus Johannis, & item Johannis, ſeu & Tedaldo omnes viventes lege Romana teſtes.

Signum †† manibus Michael, & Martino teſtes.

Ego Hamel Ricus Notarius Scriptor hujus cart. Vendicionis, & poſtradita complevi.

Avendo di questa Pieve parlato anche alla pagina 110 *del Primo Libro, e alla pagina* 141 *del Terzo mediante le poche notizie che di essa indagate abbiamo, altro non ci resta dire al presente se non che, in prova di tutto ciò, che delle nostre Chiese ec. narrato abbiamo, nostra intenzione si era di pubblicar con quest' Opera altri Documenti, che inediti sono, e appo noi in non piccola copia si custodiscono. Usciran però in luce colla promessa Storia del Monachismo di Verona, se gl' Impressori s' accorgeranno venire queste fatiche nostre compatite.*

IL FINE.

INDICE GENERALE

DELLE CHIESE DI VERONA.

Li numeri a' quali precede questo segno + indicano le pagine del Terzo e Quarto Libro; e quelli a' quali non sta apposto alcun segno indicano le pagine del Primo e del Secondo.

*Questo segno * mostra le Chiese distrutte e gli Spedali o distrutti, o ne' quali non si esercita più l'Ospitalità. Li Monisterj poi, o che più non sussistono, o non sono al presente da Frati e Suore abitati.*

D

In

Fine dell' Indice delle Chiefe di Verona.

INDICE

DEGLI SPEDALI DI VERONA.

Fine dell'Indice degli Spedali di Verona.

IN-

INDICE

DEGLI SPEDALI DEL TER RITORIO.

INDICE

DELLE CHIESE FUORI DI VERONA.

Santa

INDICE

DE' VESCOVI DI VERONA.

Man-

Fine dell' Indice de' Vescovi.

INDICE

Di alcune più notabili cose.

Bat-

Chie-

D

Dot-

Ma-

Ot-

Bo-

Il fine dell' Indice.

Errori scoperti ed emendati in quest' Opera.

LIB. I.

De' Corpi de' Santi Cosmo ec. pag. 8.	Veggassene la correzione nel II. Libro alla pag. 835, e nel III. alla pag. 319.
De' St. Corpi in Santo Stefano pag. 11	Lib. IV. 750
Di Paterno Vescovo 115	Lib. IV. 645 e 646
De' Vescovi Teodorico, e Diaterico pag. 168	Lib. IV. pag. 561
Della Chiesa della Trinità 190	Lib. II. 736
Della Chiesa di Santa Anastasia 201	Lib. II. 556
De' Vescovi Gerardo e Manfreddo 202	Lib. II. 505
Di Guido della Scala Vesc. eletto 203	Lib. IV. 580
Del Vescovo Bonincontro 206	Lib. III. 68, e IV. 523
Di Tebaldo, e Matteo Vescovi 209	Lib. III. 193.
Della Chiesa di S. Nazaro 262	Lib. IV. 711.
Di Bonifacio, Alberto e Manfreddo Co: di S. Bonifacio 269	Lib. III. 86
Degli atti de' Santi Fermo e Rustico 319	Lib. IV. 588
Degli Abati di S. Fermo Minore 361	Lib IV 605
Della Chiesa di S. Tommaso Cantuariense 364	Lib. IV. 752
Della Chiesa di S. Tommaso Appostolo 382	Lib. IV. 751

LIB. II.

Degli Umiliati della casa di S. Paolo 397	Lib. III. 69
Dello Spedal di S. Barnaba 461	Lib. III. 69, e IV. 528
Della Chiesa di Santo Stefano di Malsesine 469	Lib. III. 291
Alla pag. 472 del Secondo Libro s'è detto favellarsi della Chiesa di S. Zenone appo Malsesine ne' due Documenti impressi alle pag. 473 e 474 dell' istesso Libro. Ma ci eravamo dimenticati avvertire il Lettore, che di altra Chiesa edificata ad onore del nostro Vescovo S. Zenone in Campiglione terra del Milanese in quelle scoperto abbiamo favellarsi.	
De' Frati di S. Felice 522	Lib. III. 70 IV. 587 e 588
Della Chiesa di S. Jacopo alla Pigna 530	Lib. IV. 647
Della Porta del Vescovo 577	Lib. III. 257. IV. 712 e 713
De' Frati di Santa Croce 596	Lib. IV. 567.

Del-

Errori | *Correzioni*

Lib. I I. **Di Berengario I. pag. 704.**

Imparo dal Sig. Muratori, Differtazione 22, che folamente fotto Lodovico Pio Imperadore s'introduffe ne' Canonici la vita comune, perloche fi cominciarono a fabbricar i Chioftri o Canoniche in vicinanza delle Cattedrali, acciocchè *fi levaffero la notte per cantare in Coro le lodi di Dio*. Però quando Luitprando Storico fcrive di Berengario primo Re d'Italia *Hic Rex Ecclefiam petit, ac laudes Domino canit*, e in quella occafione ammazzato, non è verifimile che d'altra Chiefa fi parli che della Cattedrale, fembrando difficil cofa che quefte Canoniche e Collegiate fi foffer allora propagate anche nelle altre Chiefe della Città, come altrove conjetturando dicemmo.

Della Chiefa di S. Zenone detta de' Ss. Benigno e Caro. 472

Li due documenti impreffi alle pagine 473 e 474 non appartengono alla detta Chiefa, ma ad altra di S. Zenone nella terra di Campiglione della Diocefi di Milano.

Della Chiefa di S. Jacopo alla Pigna 530 Lib. IV. 647.

Dove fi è parlato di quefta Chiefa avendo accennata una lite ocorfa fra il Capitolo dei Canonici della Cattedrale, e quello della Santa Congregazione fu ommeffo di ricordare che fendo ftata difputata in Venezia la caufa al Configlio Sereniffimo de' XL. C. N. reftarono i primi li 21 Luglio 1735 vincitori.

Della Porta di S Zenone, e del Ponte Orfano 607.	Lib. IV. 698
Della Contrada de' Borfari 607	Lib. IV. 521
Di S. Martin d'Avefa 615	Lib. IV. 530
Del Moniftero della Vangadizza 623	Lib. III. 273 e 279
Dello Spedale di Santa Apollonia 708	Lib. IV. 515
Della Chiefa di Santo Egidio 756	Lib. III. 117
Di Santa Maria della Vittoria 819	Lib. IV. 696

Lib. III.

Di Santo Apollinare di Lugo 25	Lib. IV. 723
Di Santa Maria della Ghiara 45	Lib. IV. 654
Rocca Maggiore 53	Lib. IV. 679
Di Santo Antonio di Legnago 74	Lib. IV. 722
Di S. Vito di Cerea 88	Lib. IV. 767
Di Santa Sofia e di Santa Maria di Montorio 132	Lib. IV. 673
Di Santa Maria appo S. Zen Maggiore 227	Lib. IV. 697
De' Ss. Pietro e Paolo in Campagna 228	Lib. IV. 702

	Errori		*Correzioni.*

NEL LIBRO I.

Pag.	lin.	Errori	Correzioni
3	38	*Abbatem*	*Abbati*
18	22	SEMPER	SEMEL
19	25	24	25
21	*ivi*	21	22
22	28	*fuitque*	*fuit quod*
36	28	un	vi
53	14	1197	1427
82	30	eyaudi	exaudi
90	15	sarono	serarono
92	4	capo	corpo
94	25	eccitava	eccettuava
102	15	*Equeis*	*E queis*
103	5	REQUISCIT	REQUIESCIT
	7	ES	ET
119	5	P P. Conventuali	P. P. del Terz'Ordine
126	19	*ut quis*	*ut si quis*
135	28	manifamente	manifestamente
137	15	*at*	*ut*
144	42	Nel	Fino nel
146	18	RALIAE	RALIA
147	2	Per opinione	E' opinione
	3	era	ch'era
149	6	*cilbus*	*cibus*
	8	*carne*	*carnem*
155	10	Di	Da
163	24	*ini*	*in*
164	25	ta	la
171	3	574	594
186	ult.	Antromoporfiti	Antropomorfiti
196	28	1257	1157
202	16	1262	1259
	21	1262	1260
209	34	1341	1343
212	26	fabbrica	rifabbrica
213	19	*excubuit*	*excubias*
216	2	1418	1408
	8	1424	1411
	ivi	fabbricò	rifabbricò
seguitano otto pagine cogli stessi numeri delle precedenti			
227 a 224			225 a 232
243	26	*ad modum*	*admodum*
244	7	*curari*	*curavi*
258	10	*Sicuti*	*sicubi*
335	1	*decimonono*	*decimosecondo*

15 *dis-*

Pag.	Lin. Errori	Correzioni
258	15 *discunt*	*desunt*
264	8 *tardant*	*tardante*
	34 1509	1059
266	35 *abnixe*	*obnixe*
	39 *applica : um*	*applicatum*
270	30 *seu*	*sed*
272	16 Stefano	Sebastiano
321	5 vigilarono	vigilando
	ivi custodendo	custodivano
322	35 essere state	furono
324	6 la mentovata lettera	una lettera scritta da un Erudito ad un Religioso di S. Domenico
352	18 *nostri*	*nostris*
353	7 qua	qual
355	24 *initum*	*irritum*
	biis	*bis*
361	13 Giulian	Giovan
365	16 1350	1330
371	16 *ubi*	*ut*
376	21 ebbe	non ebbe
378	3 sia stata	sieno state
	4 costruita	costruite
	5 Epitafio	Epitafio di Pacifico
379	24 defondo	defonto

NEL LIBRO II.

Pag.	Lin. Errori	Correzioni
432	26 *esave*	*usque*
461	24 9	11
476	20 TRUINÆ	TRUFINÆ
485	19 26	27
490	35 *Sacerdos*	*Conversus*
496	33 conceduta	confermata
509	18 1233 e 1234	1133 e 1134
510	lin. ult. *Sept.*	*August.*
531	28 1	11
553	34 lupide	lapide
570	8 1234	1224
571	23 1390	1393
537	24 1	11
601	15 fecondo	secondo
616	6 *Candida*	*Concordia*
	21 1308	1306
616	2 *Agnellina*	*Aquilina*
	3 *Margarita d'Avesa*	*Margarita dall'Ara d'Avesa*
740	8 1429	1423
	11 17	16
746	18 Laura	Isotta
747	33 parte de'	tutti li
767	24 appena	se appena
	ivi se le	le

788	28 come il	come dice il
819	6 1303	1314
	24 1517	1513
820	1 inmitare	imitare

NEL LIBRO III.

10	23 spiega	spiegando
15	16 26	27
17	17 10	21
37	34 HAMUE	HANCCE
76	5 *Portitorii*	*Portitoriis*
	20 *Fratris*	*Fratres*
77	17 *initu*	*intuitu*
189	3 appertiene	appartiene
190	10 è questa	è a questa
222	9 1517	1513
266	25 *fanibus*	*senibus*
310	11 *infrafpiritorum*	*infrascriptorum*

NEL LIBRO IV.

348	lin. ult. Ancora	Ancona o ycona
458	1 essa	questa
512	20 Magniciæ	Magnificæ
519	22 jace	jacente
525	14 Palsurgo	de Palsurgo
550	5 exatione	exationes
351	32 *foco*	*loco*
551	25 Apo-	Aposto-
553	12 *Vescovo*	*eletto Vescovo*
579	27 Notarii	Notariis
582	31 Episcopus	Episcopatus
583	1 commodo	commoda
586	24 presenti	licentiam presenti
	28 facere	fecere
601	4 animarum	animarum cura
615	17 Adrianus	Abrianus
680	24 farmali	formali

Del

Del Moniſtero di S. Spirito di Gevio.

LAddove parlato abbiamo de' Frati e Suore di Santa Maria di Gevio promeſſo avendo di pubblicare li ſeguenti due Documenti nelle pagine ultime di queſta noſtra Opera, tale promiſſione adempiendo noi, quivi perciò imprimere li facciamo.

Dal primo Documento impariamo che i detti Frati e Suore ſeguivano al principio l' Iſtituto degli Umiliati. La Carta è nell' Archivio del Moniſtero di S. Spirito di Verona calto 26. maz. 1. num. 7, ed è di queſto tenore.

DIe VII Intrante Februario in Jebeto. In Caminata Domus Fratris Marcheſii, & in præſentia Presbyteri Warimberti Eccleſiæ Sancti Vitalis, Domini Pantani, & Bonazunte Humiliatorum, Dñi Riprandi de Jebeto, & aliorum teſtium rogatorum &c.

Ibique ſupraſcriptus Marcheſius verbo, & conſenſu Meridæ ejus Uxoris, ut dicebatur, & ipſa Merida verbo, & conſenſu ſupraſcripti Marcheſii ſui Viri promiſerunt ſupraſcripto Presbytero Warimberto perpetuam caſtitatem ſervaturi. Ibi ſtatim, & inconrinenti ſupraſcriptus Marcheſius, & Merida, Adelaſia, & Grana, Veroneſa, Imigola, Richentilima, Garxenda, Dulcebella volentes de propria voluntate, & conſenſu vivere commune, & omnia bona, & podere quæ modo habent, vel juſte deinceps habere potuerint, in comune poſuere, & omnia earum bona in ſupraſcriptta Fraternitate renunciavere, & ita invicem unus alteri adtendere, & obſervare promiſerunt, & Fraternitatem invicem promiſerunt. Ibi incontinenti dictæ Sorores elegerunt dictum Marcheſium, & Meridam ſibi Miniſtrum, & Miniſtram ſecundum modum Umiliatorum qui congregatur ad Domum Glaræ, & inſuper promiſerunt ei Marcheſio Miniſtro qui modo eſt, & pro tempore erit obedientiam, & caſtitatem, & reverentiam, & renunciaverunt proprio, & propriæ voluntatis, & in ſigno fraternitatis, & obedientiæ oſculo pacis dederunt ſupraſcriptæ Meridæ Miniſtræ hoc modo, & ordine quod ipſæ mulieres, & ipſe Marcheſius in concordium majorum partium habeant poteſtatem eligendi Fraternitatem Humiliatorum quorum congre-

gregantur ad Domum Glaræ, & si aliqua istarum Sororum vellet exire de ista Fraternitate, & non transiret ad istam Fraternitatem Humiliatorum nihil possit, & habere debeat de bonis, nec de rebus suprascriptæ Fraternitatis.

Anno Dñi MCCXVIII. Indictione VI.

Ego Ardicio Dñi Regis Enrici Notarius interfui rogatus, & scripsi.

Da quest'altro Documento scritto li 25 Agosto 1239, nel citato Archivio, impariamo come da Jacopo Braganza Vescovo di Verona furono trasferiti li detti Fratti e Suore dall'Ordine degli Umiliati a quello di S. Marco di Mantova, onde sempre più apparisce l'inganno del Carinelli. Il quale credea, come parecchie volte s'è detto, che l'Ordine delli Umiliati e quello di S. Marco di Mantova fosse un medesimo, essendo certo ch'erano due diverse Congregazioni.

Die Jovis septimo exeunte Augusto. In Montecleda; in Domo Dñi Albertini de Castelnovo in presentia Fratris Aldonis de loco Sancti Leonardi Veronæ, Dñi Albrici Clerici Plebis Montis Cledei, Bardi servientis Dñi Episcopi, Walperti filii qu. Asali, & aliorum.

Ibique ad istantiam Fratris Ferraboi de Gebeto Dominus Jacobus Veronensis Episcopus talem fecit concessionem sic dicens. Nos Jacobus Dei Gratia Veronensis Episcopus Auctoritate Apostolica, & nostra statuimus in loco Gebeti, quem edificavit quondam Frater Marchesius in vicinia ejusdem Villæ, quæ dicitur Furchæ, ut Fratres, & Sorores, qui, & quæ nunc ibi sunt, & pro tempore fuerint debeant servare Regulam Sancti Marchi de Mantua, & elegant sibi Ministrum, sive Rectorem. Concedimus etiam, ut Ecclesiam edificent ad honorem Dei, & Gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, & Beatæ Agnetis Virginis & Martyris, in qua habeant Clericos, & Sacerdotes secundum quod eis videbitur expedire, & Cimiterium habeant, ita tamen quod ad divina officia non admittant Parochianos in præjudicium Parochialis Ecclesiæ, nec ad sepulturam, nisi illos, qui ibi eligerint sepelliri, & tunc Parochialis Ecclesia medietatem habeat de hiis sepolturæ causa

sa

sa quæ eis obvenerint. De ortis autem novalibus, ac animalibus nulli decimam tribuere cogantur. Et quia in Parochia Ecclesiæ Gebeti prædictus locus est situs, & Ecclesia debet construi, statuimus, ut in singulis annis in festo Natalis Domini, octo diebus ante, vel post Minister prædicti loci, qui pro tempore fuerit dare debeat Archipresbytero Ecclesiæ Gebeti recipienti pro ipsa Ecclesia unam libram ceræ; In aliis omnibus Fratres, & Sorores, qui, & quæ sunt, & pro tempore erint Ministri, Conversi, Clerici, & alii qui de Domo erant, & Domum, & Ecclesiam qui ibi construxerint a jurisdictione Archipresbyteri, & Ecclesiarum Plebis Gebeti qui sunt, & pro tempore fuerint eximo, ita tamen quod in prædictis nullam sibi vendicare possint jurisdictionem, vel auctoritatem habeant. Si quis autem hujusmodi concessionem nostram, & Dñi Papæ Auctoritate concessionem factam infringere vel violare tentaverit, iram Domini vivens incurrat, & ipsius auctoritate Dñi Papæ, & nostra excomunicationis vinculo innodamus.

Anno Dñi millesimo ducentesimo trigesimo nono Indictione duodecima.

Ego Omnebonus Widonis Montis Cledæ Sacri Palatii Notarius rogatus intersui, & scripsi.

Altrove il testamento di Federico della Scala menzionato avendo; ed avendo quello poi copiato da un Esemplar membranaceo nell'Archivio del Monistero di Santa Maria delle Vergini di Verona Calto 5. n. 3. di regalarne gl' indagatori di simili documenti ho meco stesso deliberato, da questa carta molte belle notizie appartenenti non tanto alla Storia Sacra che alla Profana della Patria nostra imparandosi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen. Anno a Nativitate Dñi Nostri Jesu Christi Millesimo Trecentesimo Trigesimo nono, Indictione Septima, die Lunæ vigesimo nono Mensis Novembris in Tridento in domo habitationis infrascripti Dñi Friderici de la Scala Comitis & Testatoris Presentibus infrascriptis Dñis Henrico de Rallo Decano majoris Ecclesiæ Tridentinæ, Petro de Rallo Canonico majo-

majoris Ecclesiæ Tridentinæ & Archipresbitero Plebis de Lagaro Tridentinæ Diœcesis, Rolandino de Rangonibus de Parma Canonico prædictæ majoris Ecclesiæ Tridentinæ, Fratre Dominico de Padua Priore Fratrum Prædicatorum de Tridento, Fratre Paulo de Tridento Ordinis Prædicatorum, Fratre Francisco de Mantua Guardiano Conventus Fratrum Minorum de Tridento, Fratre Johanne de Padua Ordinis Fratrum Minorum, Fratre Haymerico de Mantua Priore Fratrum Heremitarum Conventus de Tridento, Fratre Johanne de Verona Lectore Fratrum Heremitarum Conventus Tridentini, Fratre Martino Sacerdote, & Fratre Bartholomeo Converso de S. Maria de Montebaldo, Magnifico Nicolao prope Tridentum, Presbitero Guillielmo de Sardagna, Presbitero Riprando Capellano in Sancto Vigilio, Presbitero Friderico de Brixia, Magistro Petro filio ser Henrici de Gurlano Tridentinæ Diœcesis, Johanne Notario quondam magistri Leonardi de S. Sophya, Jacobo Notario quondam ser Bosii de Tridento, magistro Friderico Sartore quondam ser Andreæ de Verona habitatori Tridenti, & Castellano quondam ser Bonaventuræ de Verona testibus ad hæc specialiter vocatis & rogatis & aliis pluribus. Cum homo brevi tempore vivat, & in hoc seculo multis miseriis repleatur, & fugiat velut umbra, nec sit in sanitate vel prosperitate momentanea ullatenus confidendum Id circo magnificus vir Dominus Fredericus de la Scala Comes Vallispullicellæ considerans humanam naturam cito labi, volens de futuris providere, timens ne ab inteſtato decederet, & inter ipsius Heredes aliqua contentio nasceretur, quid in dispositione bonorum suorum sibi videtur melius & utilius faciendum per hunc nuncupativum & sine scriptis Testamentum proprio ore, & libero motu, sanus corpore, integre mentis sic dixit. Primo Eligo Sepulturam corporis mei apud Ecclesiam majorem Veronensem in una Archa lapidis quæ fiat & ponatur extra januam magnam versus Stratam super ponticulum rectum versus mane in medio dictæ Januæ & Scalinorum per quos ascenditur super dictum Ponticulum, & si in aliqua parte decederem extra civitatem Veronæ, volo quod heredes & fidei commissarii mei faciant conduci & poni corpus meum in dicta Archa, & etiam in dicta Archa conducatur corpus olim uxoris meæ Domine Imperatricis de Antyo-

tyochia, & quando dicta duo corpora erunt intus posita claudatur dicta Archa cum claviculis ferri, & implombetur taliter quod ipsa non possit amplius aperiri. Item volo jubeo & judico, quod omnia quæ invenirentur me tenuisse de alienis juribus & possessionibus injuste, restituantur & relaxentur illis quibus spectarent & pertinerent de jure tam Ecclesiis locis ac personis Ecclesiasticis quam secularibus de quacumque conditione esse velint, & quod omnia quæ olim Bartholomeus meus Filius habuit de Prebenda Canonicatus Veronæ reddantur & restituantur illi Canonico seu Capitulo Canonicorum cui spectarent de jure. Item si aliquid habuissem vel tenuissem de illo illorum de Cunetis in Sancto Zorzo Vallispulicelle quod mihi devenerit in partem, & etiam si aliquid habuissem de illo illorum de Ageretis de Predellis in vallibus Gadii vel allibi, quod mihi devenerit in partem, super Territorium super quo edificavit unam domum olim Omnebonum de Suspiro in qua nunc moratur Barthelucius in Verona super Cantonum Guardapesine juxta Ecclesiam Sancti Symeonis quod datum fuit mihi in partem cum aliis domibus de emptione facta per illos de domo mea ab heredibus Albritis de Lendenaria, quod territorium dicebant illi de Rodulfis de Lendenaria esse suum, quod si inveniretur dictum territorium esse dictorum de Rodulfis, quod dictum territorium cum dicto Edifitio domus & aliis edifitiis quæ essent super eum pro eo quod habuissem ex inde dictis de Rodulfis quibus spectarent de jure, integre restituantur, & relaxentur. Item si aliquid haberem de illo quod fuit Bonzenelli de Crescentiis in Cavalpono vel Albaredo volo & jubeo quod unicuique suprascriptorum, cui de suo habuissem & tenuissem, & cui restitui debetur de jure integre restituatur aut satisfiat in denariis vel cambio per modum quo contententur, & si dictæ res quæ deberentur restitui, non essent restitute, aut date fuissent mihi in partem quando feci divisionem cum illis de domo mea aut empte fuissent, per eos qui heredes mei quando non possent eas aliquo modo de jure defendere vel convenire conditiones ad defensionem vel habere satisfactionem eis de hiis que propter hoc deberent restitui. Item volo & jubeo quod Abbati Monasterii Sanctæ Mariæ in Organo de Verona restituantur privilegia sua quæ mihi dedit in custodiam quæ habent sigilla apensa &

ſunt in uno Sacho & ſimiliter reſtituantur Comuni de Prunis de Vallepullicelle unum ſuum privilegium cum Sigillo illeſo, & alia ſua Inſtrumenta que ſunt in uno Sacho cum Scuto cum Armatura Scachata in quo ſunt Inſtrumenta, que pertinent ad Juriſdictionem dicte Vallis, vel alibi ubi reperirentur. Item volo, & jubeo quod ſi in Statutis, & ordinamentis, que tangunt ad Comitatum meum Vallis Pullicelle, vel ad aliquam aliam meam terram contineretur aliquid non juridicum, & jura alia que loquerentur de aliquibus Datiis ſive gabellis ſolvendis que de jure non poſſent accipi, caſſentur, & irritentur, & ex nunc caſſa, irrita, vana, & nullius valoris eſſe pronuncio. Item pro eo quod recepi de datijs, & gabellis iu Vallepullicella, volo, & jubeo quod de fictis Suorum Comunium que mihi tenentur ſolvere de toto tempore quo ceſſaſſent ſolvere dicta ficta me exiſtente extra domum quod dicta Comunia nihil ſolvere teneantur, & nihil eis accipiatur, & ſimiliter dico volo, & jubeo de quacumque alia mea terra. Item trecentum minalia farine frumenti poſite per Comunia Valliſpullicelle in Caſtro Marani quam habui & poſtea reponi feci volo, & jubeo quod ſi quando dictum Caſtrum fuit diruptum dicta farina non fuit data dictis Comunibus quod detur, vel ſolvatur eiſdem. Item donationem quam fecit mihi olim Salinguerra de Ferraria de omni eo quod habebat in Civitate Verone, & ejus diſtrictu facio, & reſtituo Domine Anne ejus filie de quibus ſibi fecerant reſtitutionem per publicum Iſtrumentum, volo, & relinquo quod de eo quod habere debet Thomaſius frater naturalis dicte Domine Anne a me, dicte Domine Anne detur illud quia de ſuo dari feci dicto Thomaſio pro veſtimentis, & calceamentis ſi ipſa voluerit recipere. Item dico, & confiteor illam quantitatem pecunie quam reliquit dictus Salinguerra in ſuo teſtamento fuit cum intentione quod Thomaſius, & Piſanus ejus filii naturales haberent, & illud eis relinquo, & nolo quod heredes mei habeant, nec petant ſeu petere poſſint quod jam dicto Thomaſio qui dicto Piſano ſupervixit, reſtitui publicum Iſtrumentum. Item lego, judico, & relinquo quod ſer Antonio Notario de Marano vel ſuis heredibus dentur Cambium vel denarij ſi ſibi dati non ſunt per modum quod heredes contententur de Cambio, vel denariis de eo quod extimabitur

Salinguerra da Ferrara.

tur

tur domus sua que est in Burgo Castrirupti, de qua ipse fecit mihi donationem, de qua donatione Leoncellus notarius quondam magistri Bertolini de Sancta Maria in Organo notavit Instrumentum. Item si aliquid umquam haberetur vel acquireretur de Instrumentis Servorum, & Servarum, qui, & que descenderunt ex quadam Serva nomine Marixenda, de quibus Gullielmus de Sancto Justo de Castrorupto fecit mihi donationem volo, & jubeo, quod secundum quod dicto Gulielmo promisi hæredes mei dent sibi vel heredibus suis utilitatem convenientem. Item si aliquid haberetur, vel acquireretur de certis Instrumentis mihi datis per Umbertum, & Brutum fratres filios quondam Domini Guizzardi de Roncho consanguineos meos de juribus sibi spectantibus pro parte sua de illo quod fuit illorum de Basomis ex quibus Avia sua, & mea descenderunt de toto eo quod acquireretur occasione dictorum Instrumentorum volo, & jubeo quod per heredes meos eorum heredibus detur medietas secundum quod hoc eis promisi. Item lego, & relinquo Thomasio quondam Salinguerre de Ferraria quinquaginta florenos auri, vel valorem ipsorum quos mihi mutuavit in Savona, & in Tridento, & si ultra hoc reperiretur me de jure sibi teneri satisfiat ei subtrahendo de dictis florenis seu denariis illud quod recepisset, & quod dari deberet Sorori sue domine Anne de eo quod fecit ipsam habere de suo, ut superius dictum est. Item lego, & judico Avogario Coco vigintiquinque florenos auri, vel valorem ipsorum quos mihi mutuavit in Savona. Item vollo, judico, & relinquo, quod omnibus personis, quibus teneor pro aliquo debito in Verona, & in Savona, & in omnibus aliis partibus ubi essent, & inter alios quibuscumque personis, & magistris qui aliquid debuissent habuisse a me pro laborerio castri mei Marani & pro quacumque alio meo laborerio per meos heredes fiat integra satisfactio & solutio; & etiam heredibus quondam Domini Bernardini Judicis de Cubiculo de Parma Ducentas libras Januenses. Domino Johanino Judici de Fogolino de Brixia Centum & quinquaginta libras Januenses & Domino Franzono Judici de Tonsis de Laudo vel suis heredibus Centum & quinquaginta libras Januenses quia fuerunt mei Judices tempore quo fui Vicarius Januensis & Savonensis & predictam solutionem volo fieri predictis meis Judici-

dicibus vel eorum heredibus quandocumque haberent vel obtinerent illud quod habere debeo de meo salario a Januensibus & Savonensibus, & cuilibet alii officiali & familiari qui mecum aliquo tempore stetisset & quibus teneor tam de denariis pro suis salariis quam de aliquo alio jure vel causa quod a me de jure habere deberent quod per meos hæredes eisdem solvatur & satisfiat. Item lego & relinquo Alexandro quondam Jacobi de Verona nepoti meæ Nutricis Dominæ Agnetis centum libras denariorum Veronensium parvorum. Item lego & relinquo Bonaventure quondam Jacobi de Verona & Jacobo filio magistri Johannis ab aqua de vita filiis duarum nutricum filiorum meorum quinquaginta libras Veron. par. pro quoque. Item lego & relinquo Catherine de Anticho Nebelline quondam ser Guizardi de Ferraria, & Simone de Gadio domicellabus olim Domine Imperatricis Uxoris meæ que dictæ uxori meæ multo tempore servivetunt quandocumque ipsæ vel aliqua ipsarum vellet se nubere vel monachare aut alia sua negotia facere ducentas libras Veronens. par. pro quaque. Item lego & relinquo Marie de Gisalelo olim domicelle dicte mee uxoris habitat Gadii vel Ronchanove & Uxoris Johanini Donequiete viginti quinque libras Veronens. par. vel ejus hæredibus. Item volo, lego & jubeo quod Antoniolus de Miano de Parma qui tanto tempore mecum stetit & legaliter mihi servivit & sui filii & descendentes ex eis toto tempore vitæ suæ a meis hæredibus habere debeant victum & vestitum condecentem secundum conditionem suam dummodo voluerint cum meis heredibus permanere. Item volo jubeo lego & relinquo quod omnia quæ olim Pater meus Dominus Picardus de la Scala legavit & reliquit in suo testamento tam pro anima sua quam quocumque alio modo quod totum illud quod inveniretur non esse factum vel attenditum quod per meos hæredes in totum attendatur & observetur. Item volo jubeo lego & relinquo quod omnia quæ olim Franciscus quondam Domini Nicolai de la Scala consanguineus meus, qui instituit me sibi hæredem legavit & reliquit in suo testamento tam pro anima sua quam alio quocumque modo quod hæredes mei si haberent illud quod fuit suum vel pro illa parte quam haberent debeant integre attendere & observare. Item lego & relinquo Tria millia librarum denarior. Veronens. par. pro male ablatis mo-

Picardo della Scala.

Francesco figliuolo di Niccolò della Scala.

monetis quæ dispensari debeant per meos Fideicommissarios prout eis melius videbitur. Item lego & relinquo Conventibus Fratrum Predicatorum, Minorum & Heremitarum, Servorum Sanctæ Mariæ Montis Carmelli, Columbæ de Verona (a) & montis Baldi ejus districtus Centum libras denar. Veron. par. pro quoq. Conventu taliter quod de dictis denariis pro quoq. Conventu ematur unus Calix argenti & unum apparamentum a Sacerdote continuo celebrando Missas ibidem & superfluum dictorum denariorum ponatur in utilitatem suarum Ecclesiarum & dictorum Fratrum, & quod quilibet Sacerdos dictorum Conventuum debeat dicere unam Missam & totum Officium Mortuorum & ceteri fratres conversi & illiterati debeant dicere Pater noster, Ave Maria & alias orationes, & semper me & meos defunctos generaliter in suis orationibus habere comendatos. Item lego & relinquo omnibus Monasteriis & locis Monachorum cujuscumque conditionis existant habitantibus in Verona & ejus burgis Tres libras Veronens. par. denariorum pro quoque taliter quod quilibet Sacerdos dictorum locorum debeat dicere unam Missam & Officium Mortuorum pro anima mea & Defunctorum meorum: & alii qui non essent Sacerdotes tam masculi quam feminæ dicant Offitium Mortuorum & psalmum de Profundis & Pater noster & Ave Maria & alias orationes. Item lego & relinquo Malsanis de Tomba de Verona quinque libras denariorum Veronensium par. Item lego & relinquo omnibus Hospitalibus & Heremitoriis Veronæ & ejus districtus & quæ sunt in Comitatu meo Vallis pullicellæ Tres libras Denar. Veron. par. pro quoque pro anima mea & Defunctorum meorum. Item lego & relinquo Ecclesie Sante Marie Antique de Verona ubi jacent corpora Defunctorum meorum Decem libras denariorum Veronensium par. taliter quod Sacerdos dicte Ecclesie a die qua dati fuerint sibi dicti denarii per unum annum una die in ebdomada si alii dies solemnes non essent, debeat dicere unam Missam pro anima mea & Defunctorum meorum, & si non posset dicere in una ebdomada, dicat in alia. Item lego & relinquo quod cuilibet Sacerdoti Veronæ & ejus diœcesis & districtus detur tantum sicut consuetum est dari pro una Mis-

(a) Credea il Conte Moscardo che la Chiesa della Colomba circa l'anno 1337. fosse uffiziata da una Frage Laicale detta della Colomb[illegible]ta. Ma qui impariamo ch'era posseduta da Religiosi Regolari.

